REPETITIO

SEV LECTVRA,

EXCELLENTISS. IVRISCONSVLTI,
Et apud celeberrimum, ac florentiſſ. Patauinorum Gymna-
ſium publici Profeſſoris, D. Hieronymi Campi. S.
Petri Nobilis Patauini, ſuper rub. & tit. De
teſtamentis ordinandis. Nunc
primum in lucem edita.



PATAVII

Iacobus Fabrianus excudebat.

M. D. XLVIII.

THO.SCOTI HEXASTICON.

Quàm bene diſpoſuit Nemeſis? quàm nomina rebus,
Nominibusq́ aptas res, dare docta poteſt?
Non potuit melius, quàm dici Hieronymus, ampla
Scripta νόμων ἱερῶν, cuius ab ore fluunt.

RICARDVS PORTVNERIVS FORO IVLIENSIS AD IVVENES.

Qui cupitis legum primos decerpere flores
Currite, nam ſolus noſter abundat ager.
Quotquot enim lætis ſparguntur gramina campis,
Hic Campus flores tot bene cultus habet.

CLARISS. AC SAPIENTISS. REIPVB. VENETÆ Senatoribus, Philoſophiſq; grauiſſ. Florentiſſ. Patauini Gymnaſii optimis Moderatoribus, Nicolao Tiepolo, Hieronymo Polano, Laurentio Priolo. Hieronymus Campi. S. Petri Patauinus deditiſſ. S. P. D.

CVM tantum ſemper honoris, authoritatis, ac dignitatis Philoſophi principiis naturalibus tribuerint, quòd eorum beneficio omnia, quæ in toto terrarum orbe cernuntur, exiſtant, (planta namque radici debet, ac ſibi ſimiles fructus unaqueque arbor producere ſolet) quantum uobis debeo, quorum ſtudio benignoq;, ac fertili humore, hos ego, qualeſcũq; ſint partus, produxi? Quare cum quicquid ſim, id omne uobis acceptum referam, quibus me ſolum plurimum debere cognoſco, & ut iam, quod debeo, ſoluã, hos uobis fœtus, haſq; primitias, non potui non offerre, ac dedicare, quippe, qui ueſtri ſint, aut ſaltem ueſtra cauſa producti, & ſiquid in his laude dignum erit, id omne ueſtrum, ſiquid uero indignum, mihi tribuatis, & non rem, ſed animũ metiamini. Cultus enim ager fas eſt ne ingratus uideatur, ut ſi non omnino aliqua ex parte, tamen quod accepit, aliquando uberius reddat. Itaque cum ſim à uobis tam benigne cultus, & in me ornando tam ſemper diligentes fueritis, ac ſtudioſi, non alienum quidem putaui, ut ingrati animi labem ſubterfugiam, hos meos uobis, licet exiguos, redditus afferre, ne me tam ſterilem, ac tantis cultoribus indignum præbeam. Sed cur ego illis nõ debeam quibus oẽs ferè bonarum literarũ ſtudioſi, præſertim Gymnaſium Patauinum hodie florentiſſ. ac ſtudia noſtra, plurimũ debent, quæ ſemper uobiſipſis authoribus, moderatoribuſq; ornatiſſima extitere. Has igitur noſtras legite fruges, quæ, etſi humiles ſunt, me tamen haud ingratum oſtendent, in dieſq; ueſtra gratia, ueſtroq; fauore, ac benigno cultu, uberiores, gratiores, uobiſq; dignas ferre conabor. Valete.

HIERONYMVS OLZIGNANVS

PATAVINVS IVRECONSVL. CANDIDO

LECTORI. S. P. D.

ADMIRABANTVR *Antiqui maiorum ſuorũ effigies in ueſtibulo ædium poſitas ſuſpicientes, & illarum uirtutes ſummo ſtudio æmulabantur, hinc ſimulachra, hinc ſtatuæ olim in uſu fuere, quod quidem admirabile inſtitutum non poßum non dictis extollere, Verum præſtantius eos feciſſe ſemper duxi, qui non corporis magnitudinem, ſed animi uirtutes propalando immortalitatis ſtatuam ſibimet effingere ſtuduerunt. Illorum enim nunc temporis exoleuit memoria, horum autem perennis uiuit, & æternum uiuet gloria, illorum imagines obmuteſcebant, horum autem uirtutes omnibus patent, & occaſum. Quid enim, Dii boni, pictus homo differt à brutis? Quid demum emolumenti ex ſtatua illa percipi poteſt? At illi, qui irrationalium ſilentium aufugere ſtuduerunt, egregia uirtutis monumenta poſteris reliquerunt, & annorum ſuorum rationes totius orbis iudicio diiudicandas mandarunt. Hinc quis fuerit Papinianus, quis Paulus, quis Iulianus, quis Vlpianus, ex eorum reſponſis facile coniici poteſt. Iuſtitiæ enim ſedes erat Scæuola, Legum ſacrarium cenſebatur Pomponius, Marcelli reſponſa à Delphico Apollinis Oraculo prouenire uidebantur, quid de Celſo, Labeone, Proculo, alijſq́; penè innumeris loquar? quotidie enim eos præ oculis habemus, illos diurna, nocturnaq́; hora alloquimur, eorumq́; uirtutes non ſolum legere, ſed & imitari ſtudemus. Quapropter non poßum non ſummo ſtudio accutißimi, ac nunquam ſatis celebrati, Domini, ac Præceptoris mei propoſitum prædicare, quippe qui communi omnium ſtudens utilitati ueram ſibi immortalitatis ſtatuam erigere, & æterne felicitatis iugum ſuperare contendit. Conſpiciens enim ingentes ſcribentium cateruas ſuper his titulis nedum de teſtamentis, uerum etiam de obligationibus, multifariam tumultuari, & pleroſque ex eis hallucinari, eorum dicta cõcordare, & ueritatem tandem multis ad materiam ipſam non alienis nouißime additis enucleare libellum, qui hunc multorum precibus in lucẽ dare ferè coactus fuit. Sentiebat enim Illuſtris, atque Excellentiß. hic uir Ariſtarchi lituras, & Momi obellos effugere impoßibile fore, Verum non ſanæ mentis profectò iudicandus erit ille, qui huic eius ſubtilißimæ, amplißimæq́; Repetitioni quidpiam, quod non recte, ac rite factum ſit, ineſſe aſſeret, difficilia enim in ea declarantur, obſcura interpretantur, ac optimo ſenſu unaquæque decorantur, multa denique præter alios addita reperiuntur materiam ipſam dilucidantia. Accipe igitur benignißime Lector tanti uiri reſponſa, accipe inquam, & ſurgentem Patauinæ nobilitatis gloriam conſpice, En quid Illuſtris, & penè prima Domus Campo Sancti Petri typis excudendum mandarit, Armis fuit quidem olim decorata, nunc autem legibus ornata tanti uiri excellentia, ac propè incomparabili morum integritate, ac ſanctimonia uiget, uſque adeo, ut eiusdem fulgentißimis radiis Patrium hoc florentißimum Gymnaſium illuminetur. Quos enim ipſe docet neceſſe eſt admirentur omnes quàm breui temporis curiculo ad eam uerè beatam legum notitiam peruenerint. Sed quid plura? in eum conſpicio quicquid uirtutum humanum genus continet, eas ipſe poßidet. Accipe libellum hunc eius probitatis indicem apertißimum, & aſpice quantus ſit hominis ſplẽdor, quantaq́; maieſtas, quem ſi tibi gratum, ac iucundum fuiße cognouerit, maiora, altioraq́; in dies ex tali, tantoq́; ingenio expectanda polliceor. Vale.*

EXCELLENTISS. D. HIERONYMI CAMPI. S. PETRI NOBILIS PATAVI. V. I. CONSVLTISS.

Et apud Inclytum Patauinorum Gymnaſium Profeſſoris publici, Repet. tit. de teſtamentis ordinandis, quæ commentationis uice eſſe poſſit. Nunc primum in lucem edita.

SVMMARIA RVBRICAE.

1 Teſtamenta a puberibus ſui iuris ordinantur.
2 In teſtamentis de uniuerſis facultatibus, ac de ſuo ultimo uelle peragitur.
3 Materia teſtamentorum eſt lucroſa, neceſſariaq; aduocatis.
4 Omnis bona diſputatio debet a diffinitione proficiſci.
5 Diuiſio ad materiam præſtat intelligentiam.
6 Diuiſio animu legentis incitat, menté audiétis præparat, memoriáq; artificioſe reformat.
7 Opus quantumcunque nobile ipſa operantis perſona præcellit.
8 Omne ius perſonarum gratia conſtitutum eſt.
9 Teſtamentum ultimarum uoluntatum potiſſima pars eſt.
10 Ratio eſt anima legis, & ſicut corpus regitur ab anima, ita lex eius ratione.
11 Principium cuiuſque rei potiſſima pars eſt.
12 Teſtamentu eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſnia, de eo, quod quis poſt morté ſuá fieri uoluit.
13 Diffinitio bona debet conſtare ex genere & differentiis.
14 Donatio cauſa mortis poteſt pendere ex alieno arbitrio.
15 Nemo teſtari cogitur.
16 Teſtor nulla ſibi legé poteſt ĩponere, a quá uſq; ad ſuũmũ uite exitũ ei recedere nõ liceat.
17 Teſtator etiã iurauerit ſe non receſſurum ab ea uoluntate, poteſt tamen ab ea recedere.
18 Et recedendo minus incidit in reatu periurii.
19 Furioſi uoluntas minime uoluntas eſt.
20 Nullum furioſis eſt animi iudicium.
21 Teſtamentum totius patrimonii diſpoſitionem continere debet.
22 Nemo, niſi miles, poteſt pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere.
23 Inſtitutio facta in parte bonorum trahitur ad aſſem.
24 In codicillis non datur inſtitutio, ſed legata & fideicommiſſa ex eis percipiuntur.
25 Duplex eſt teſtamentum, militare & paganicum.
26 Militare eſt, quod a milite conficitur.
27 Miles teſtans domi extra militiã ſecũdum iuris communis diſpoſitionem teſtari tenetur.
28 Miles teſtando in conflictu hoſtium, nullas ſolennitates ſeruare tenetur.
29 Annotatũ ſanguine in clypeo, uel in puluere a milite in expeditione exiſtéte uti teſtamétũ (ualet.
30 Probari tamen debet uoluntas eius per duos teſtes non rogatos.
31 Miles in militia, extrà tamen expeditionem, licet ſolennitates non teneatur adhibere in ſuo teſtamento, tamen duos teſtes rogare debet.
32 Teſtamentum paganicum eſt, quod domi extra militiam fit.
33 Paganicum aliud ſolenne, quod in ſcriptis appellatur, & aliud nuncupatiuum.
34 In teſtamento ſolenni, quod fit coram principe, uel iudice nulli teſtes requiruntur.
35 Principis, uel iudicis præſentia ſupplet omnem defectum ſolennitatis.
36 Teſtamentum aliud ſolenne coram ſeptem teſtibus efficitur.
37 Teſtamentum in ſcriptis ita confici poteſt, ut nec teſtes ſciant quid in eo contineatur.
38 Teſtator propria manu poteſt ſcribere teſtamentum.
39 Teſtamentum in ſcriptis quomodo conficiatur & aperiatur.
40 Hoc genus teſtandi parum in uſu fuit, ac eſt.
41 Bartolus uidit tantum unum teſtamentum in ſcriptis.
42 Ego uidi unum tantũ mei abaui materni do. Ludouici de Cortoſis doctoris excellentiſſ.
43 Ludouicus de Cortoſis compoſuit repertorium.

44 Pau.de ca.dubitat,nunquid eius uoluntas ab hæredibus ſit ſeruanda.
45 In teſtō ſine ſcriptis hęredis inſtō,legata,& oīa,quę in eo cōtinētur corā teſtibus ſunt expri
46 Nuncupatiuum dicitur,quia nomen hæredis in eo nuncupatur. (menda.
47 Teſtamentum nuncupatiuū ad faciliorem probationem,utplurimum ſit cum ſcriptura.
48 Pignus & hypotheca,licet & ipſa ad faciliorē ꝓbationē ſcriptura fiat,tamē cōſenſu cōtra
49 Nuncupatiuum teſtamentum duobus modis efficitur,ut ibi. (cta dicuntur.
50 Hæredis inſtitutio totius teſtamenti caput, ac fundamentum eſt.
51 Nullum eſt teſtamentum ſine hæredis inſtitutione.
52 Procemium in teſtamento pars principalis eſt.
53 Procemium eſt ſermonis,uel actus primum ornamentum.
54 In procemio deſcribitur cauſa efficiens.
55 Teſtamentum ſubſiſtit etiam ſi partes caſuales omittantur.
56 Nemo iu teſtamento legata facere cogitur.
57 Teſtamentum ſine legatis recte conſiſtit.
58 Subſtitutiones ſemper dicuntur ſecundæ inſtitutiones.
59 Prohibitio falcidiæ,ac trebellianicæ detractionis teſti nō eſt pars eſſentialis,ſed caſualis.
60 Enumeratis perſonis,quæ teſtari nequeunt,cognoſcetur utique,quæ teſtari poterunt.
61 Cognito uno de contrariis cognoſcitur & aliud.
62 Filiusfami.paganus & in bonis aduētitiis,uel profectitiis, & cū licētia patris teſtari neqe.
63 Fallit aūt quādo mater,uel auia,filio,uel nepoti relinquit,ne patri acqratur uſusfructus.
64 Miles de ſuo caſtrenſi peculio teſtari poteſt.
65 Paganus pariter de ſuo quaſi caſtrenſi.
66 Teſtamentum militis in caſtrenſi,& pagani in quaſi caſtrenſi exhęredando etiam patrem querelæ inofficioſi minime ſubiacent.
67 Quod tamen dicas procedere de iure.C.ſecus de iure auth.
68 Teſtamentum ex libero teſtatoris arbitrio,non autem alieno,pendere debet.
69 Filiusfamilias cum patris conſenſu donare mortis cauſa poteſt.
70 Si ſpecialiter mortis cauſa donare ei a patre permittatur.
71 Secus tamen ſi ſimpliciter ei donare concedatur.
72 Donatio cauſa mortis ſolius filii morte confirmatur.
73 Impuberes teſtamentum facere nequeunt.
74 Furioſi & ipſi teſtari non poſſunt.
75 Nullum eſt impuberi, ac furioſo mentis conſilium.
76 Prodigi, quibus a iudice bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt,teſtari nequeunt.
77 Mutus, ac ſurdus teſtari minime poſſunt.
78 Quod tamen uerum eſt in muto, ac ſurdo a natiuitate.
79 Surdus aliquo caſu teſtamentum facere poteſt.
80 Sola ſurditas non impedit teſtamenti factionem.
81 Cœci,monachi,& regulares teſtamentum facere nequeunt.
82 Per uotū ſolēne per profeſsionē emiſſum qlibet abdicat a ſe arbitriū propriæ uoluntatis.
83 Ingreſſi religionem nihil proprium habere dicuntur.
84 Quilibet per ingreſſum religionis ſe, ſuaq; Deo dicat. (te confirmātur.
85 Teſtamētū ualet factū ante ꝓfeſsionē,& īcipit hēre effectū ꝓfeſſione facta,ſicut alia mor
86 Ingreſſi religionem,quod attinet ad ius ciuile nulli ſunt,& pro mortuis habentur.
87 Obſides dati pro captiuis Pop. Ro. teſtari nequeunt.
88 Obſides,qui quotidie de una ciuitate alteri dantur, utique teſtari poſſunt.
89 Acquiſita in obſidatu ſunt fiſci,& domi dimiſſa perduntur.
90 Hæretici teſtari nequeunt.
91 Dubitantes de ſtatu ſuo nullum poſſunt condere teſtamentum.
92 Rei perduellionis qui in principem conſpirāt,teſtari prohibentur.
93 Seruis,& damnatis ad mortem teſtamenti factio denegata.
94 Damnatus ex crimine famoſo non poteſt teſtari.
95 Publicus uſurarius minime teſtari ualet.

96 Niſi tamen prius præſtiterit idoneam cautionem.
97 Damnatum ad perpetuos carceres teſtamẽtum facere non poſſe cõmuniter receptum eſt.
98 Clericus tamen damnatus ad perpetuos carceres utique teſtatur.
99 Ius canonicum non ponit perpetuum carcerem ad pœnam, ſed ad pœnitentiam.
100 Banniti noſtri temporis non poſſunt teſtari.
101 Quod uerum eſt ſecundum ius municipale ſuæ ciuitatis.
102 Secus tamen de iure communi.
103 Quod uni denegatur, cæteris eſt permiſſum.
104 Quadruplex olim, hodie triplex eſt ultima uoluntas.
105 Epiſtola uenerabilis non eſt amplius in uſu.
106 Teſtamentum pagani ita eſt ultima uoluntas, ſicut teſtamentum militis.
107 Teſtamentum militis, & inter liberos paucioribus teſtibus eget.
108 Lex non curat modum, ſed effectum conficiendi.
109 Legata uel in teſtamento, uel in codicillis relinquuntur.
110 Qua ratione fuerit adinuentum teſtamentum.
111 Lex piũ iudicauit hoĩem ĩ articulo mortis cõſtitutũ poſſe ad libitũ de bõis ſuis diſponere.
112 Teſtamentum eſt de iure ciuili originaliter.
113 Quæ ſit continuatio huius tituli ad proximos, uide.
114 Donatio cauſa mortis eſt ultima uoluntas.
115 Donatio cauſa mortis per omnia legatis æquiparatur.
116 Continuatio facta a remotis non ſubſiſtit.
117 Continuatio ad præſentia non ad futura fieri debet.
118 Inutilis eſt progreſſus circa continuationes.
119 Continuatio ſi poſſibile eſt, ad proxima fieri debet.
120 Materia teſtamentorum eſt materia magni ponderis.
121 Materia magni ponderis, ſi ſpecialiter de ea mentio non fiat, cenſetur neglecta.
122 Generi per ſpeciem derogatur.
123 Illud potiſſimum eſt, quod ad ſpeciem directum eſt.
124 Continuatio aliquando fit a remotis, quando tituli intermedii ſunt de materia.
125 Quare hic, & in. C. tituli de teſta. & qui teſta. fac. poſ. ſit unus ab alio ſeparatus, ſecus in. ff.
126 Imperator Iureconſultorum ordinem ſequi non dedignatur.
127 Materia ſeruitutum eſt difficillima.
128 Materia publicorum iudiciorum in. C. & ff. ſeparatim ponitur.
129 Ea, quæ ſunt iuris poſitiui ad libitum poni poſſunt.
130 Refugium miſerorum eſt dicere, eſt poſitiui iuris.
131 Imperator nihil fecit abſque maxima ratione.
132 Nihil, neque ſyllaba, in iure eſt ſine uirtute aliquid operandi.
133 Nouiſſima aſſignatur ratio, cæteris reprobatis.
134 Diuiſio ad materiam præſtat intelligentiam.
135 Facile eſt adinuentis addere.
136 Quanto iuniores, tanto perſpicaciores.
137 In teſtamentis uertitur publica utilitas.
138 Vltima uoluntas tanquam lex eſt ſeruanda.
139 Quare Imperator pr [illegible] facere poſ.
140 Prius de perſonis, de rebus poſtea eſt uidendum.
141 Iureconſulti quandoque de rebus prius deinde de perſonis agunt.
142 Diuerſa eſt ratio in eo quod eſt in eſſe deductum, & in eo quod eſt in eſſe deducendum.
143 Probationes teſtium, & inſtrumentum pari paſſu ambulant.
144 Multa facta tenent, quæ facienda non tenerent.
145 Deus omnipotens habuit primam intentionem in homine.
146 Deus primo fecit cœlum & terram, & omnia creauit, deinde hominem fecit.
147 Nouiſſimæ duæ rationes ibi aſſignantur.
148 Compilatio. C. fuit facta nedum poſt. ff. uerum etiam Inſtitutiones.

149 Leuiora prius deinde difficiliora ſunt peragenda.
150 Tractatus de fictione legis corneliæ, & iuris poſtliminii ſunt tractatus difficiles.
151 Liber Codicis propter eruditos fuit editus.
152 De nominibus magiſtralibus non eſt curandum.
153 Imperatores mouentur ratione in ſituandis rubricis.
154 In coniunctis non eſt dare prius, nec poſterius.
155 In disiunctis mulro minus attenditur.
156 Quare fuerit inſcriptum de teſtamentis ordinandis in plurali.
157 Genus ſub ſe comprehendit ſuas ſpecies.
158 Verba ſemper in potiori ſignificatu intelliguntur.
159 Plus regulariter continet ſub ſe minus.
160 Emptio in ſcriptis, & ſine ſcriptis, licet ſcriptura interueniat, a cõſenſu tamẽ ualiditatẽ ſu
161 Scriptura ad faciliorem probationem intercedit. (ſcipit.
162 Teſtamentum in ſcriptis & ſine ſcriptis recipit formas quaſi a diuerſis fontibus.
163 Quare Imperator præpoſuerit hunc titulum titulo de militari teſtamento.
164 Inutilis eſt quæſtio eorum, quæ ſunt iuris poſitiui.
165 Quare Imperator non inſcripſerit de teſtamentaria ordinatione.
166 Vnum gerundium importat neceſſitatem.
167 Gerundium neceſſitatem non præciſam, ſed cauſatiuam importat.

De teſtamentis ordinandis. Rubrica.

1 QVONIAM à puberibus † ſui iuris plerunque teſta-
2 menta ordinantur, in eisq; † de uniuerſis facultatibus, ac de
ſuo ultimo uelle, quod rurſus redire non poteſt, peragitur.
3 † Patet materiam iſtam quottidianam, lucroſam, neceſſari-
am q; aduocatis eſſe. Ideo omiſſa eius commendatione, quæ de ſe patet, ad
rem ipſam deuenio. Pro clariori tamen totius materię teſtamentorum in-
telligentia ſex præmittam euidentialia.
4 † Et primo, quia omnis bona diſputatio debet à diffinitione proficiſci, ut
egregie aſſerit Vlp. in l. i. ff. de iuſti. & iure. & ita nos docet Cic. lib. i. offi.
Omnis, inquit, quę à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à dif
finitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id, de quo tractatur, merito pri
mo loco præmittam diffinitionem teſtamenti.
5 † Secundo, quia diuiſio ad materiam pręſtat intelligentiam, ut eſt tex. in
§. ſed ne in primis. infra de lega. cõcord. text. in l. i. ff. de excep. doli. glo. eſt
6 ſingularis reputata in. § igitur. in uerbo eaſdem. ſupra in proœ. † Inquit
enim diuiſio animum legentis incitat, mentem audientis præparat, me-
moriamq; artificioſe reformat, igitur pręmittam ſecundo quotuplex ſit te
ſtamentum, & quæ ſint teſtamenti partes principales, & neceſſariæ, quæ
cauſales, & uoluntariæ.
7 † Tertio, quia omne opus quantũcunque nobile ipſa operantis perſona
8 dignitate præcellit, † cum & perſonarum gratia omne ius ſtatutum ſit, ut
eſt tex. in §. fi. ſupra de iure nat. gen. uel ciui. Ideo tertio de perſonis teſtan
tibus præmittam argu. l. ſi quæramus. ff. de teſta.

Quarto

9 † Quarto, quia teſtamētum ultimarum uoluntatum potiſſima pars eſt,
ideo quarto loco declarabimus, quot ſint ſpecies ultimarum uolūtatum.
10 † Quinto, quia ratio eſt anima legis, & ſicut corpus regitur ab anima, ita
lex eius ratione. ita notabiliſ. tradit Bal. in rub. C. de rer. permu. text. in c.
ſi. extra de reſcrip. quem tol. infra nu. 22. in ſi. iii. col. allegat, facit tex. in l. à
titio. ff. de uerb. ob. eſt tex. in l. illud. ff. ad leg. aquil. & ideo quinto loco ex-
planabimus, qua ratione fuerit adinuentum teſtamentum.
11 † Sexto, ac ultimo loco, quia prīcipium cuiuſque rei potiſſima pars eſt. l.
i. ff. de orig. iur. ideo de hoc poſtremo loco quæram, à quo iure habuit ori
ginem teſtamentum.
12 † Et primo diffinitur teſtamētum ex mente Vlp. † TESTAMEN- Primum euidētia le.
TVM eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortē
ſuam fieri uoluit. l. i. ff. de teſta. An uero iſta diffinitio ægeat aliqua ſupple
tione, uidebimus infra in glo. Vtrum autem conſtet ex genere, & differen
tiis non puto abſonum hic uidere. Porc. hic in iiii. col. ex mente Bart. di-
13 cit, quòd hæc diffinitio conſtat ex genere, & differentiis, † ut etiam quæli
bet bona diffinitio conſtare debet. l. i. & ibi no. ff. eo. Deci. in l. omnis diffi
nitio. ff. de reg. iur. Verbum igitur, SENTENTIA, ſtabit loco ge-
neris, ut comprehendat ſententiam iudicis, teſtatoris, & cuiuſlibet alte-
rius. Verbum, IVSTA, ſtabit loco differentiæ, ut differat à codicillis
in quibus non uertitur iſta iuſta ſententia, Poſt mortem loco differentiæ;
ut differat teſtamentum à contractu, ex quo in uita contrahentium effe-
ctus ſortitur. Et hęc refert hic Porc. ex mente tamē Bar. Addo ego quoq;
quòd uerbum illud, uoluntatis, propter tria loco differentiæ ſtare poteſt.
Primo noſtre, ſcilicet, teſtatoris, ut differat ab aliis, quę ex uolūtate aliena
14 pendere poſſunt, † ut donatio cauſa mortis, & alia, quod ſecus eſt in teſtō.
l. tam is. ff. de do. cau. mor. & l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſtit. Secūdo uer-
15 bum uolūtatis debet intelligi, liberæ. † Quia nemo teſtari cogiť, & adeo
16 liberū debet eſſe ius teſtandi, † ut uſq; ad ſupremū uitę exitum nullā poſſit
17 ſibi teſtator legem imponere, à qua recedere non liceat, † etſi iuramen-
18 to teſtatoris teſtamentum eſſet firmatum, † Quinimo nec in reatu per-
iurii incidere poteſt, ut uoluit egregie Bar. in l. ſi quis in principio. col. fi.
uerſi. quæro, quid ſi teſtator. ff. de lega. iii. de qua pulchra quæſtione uide
Io. and. reg. quod ſemel. de reg. iur. lib. vi. Tertio iſtud uerbum uoluntatis
19 exponitur pro ſanæ, & non fatuæ, ut differat à uoluntate furioſi, † quæ ue-
20 rè uoluntas non eſt, † cum nullum ſit eorum animi iudicium, & propterea
teſtamentum facere non poteſt. §. item furioſi. infra quib. non eſt permiſ. fa
21 cere teſt. Verbū de eo, debet intelligi de uniuerſo patrimonio, † quoniam
22 teſtm̄ debet totius patrimonii diſpoſitionē cōtinere, † cum nemo, niſi mili
les poſſit pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere. §. hereditas.
23 infra de hæred. inſti. † Vnde inſtō facta in parte bonorum, uel in re certa,

trahitur ad totum aſſem.l.i.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.inſti. & infra de hæ-
re.inſti.§.non autem.Et hoc uerbum ita interpretatum ſtabit,ad differen
24 tiam codicillorum,in quibus † non omnium bonorum directa inſtitutio
datur,ſed legata,& fideicommiſſa tantum.§.codicillis.infra de codicil.
25 † Quãtum ad ſecundum dicas, quòd duplex eſt teſtamentum, militare,

Secundũ euidẽtia le.

26 & paganicum,militare eſt, † quod miles facit, & ab eo duobus modis effi
27 citur, † aut domi extra militiam,& tunc ſecũdum iuris communis diſpo-
ſitionem tenetur teſtari de ſuo patrimonio, ſi paterfamilias eſt, uel de ſuo
caſtrenſi peculio,ſi eſt filiusfamilias.§.illis autem.infra de mili.teſta. Aut
28 teſtatur in militia, & ſubdiſtinguitur,aut in cõflictu † hoſtiumq; congreſ
29 ſu,& tunc nullæ ſolẽnitates requiruntur,adeo, † quòd ſi in uagina, aut in
clypeo aliquid ſanguine ſuo annotaret,uel gladio in puluere, uti teſtamẽ
30 tum ualeret.l.milites.C.de teſta.mili.† modo hæc militis uoluntas probe
tur per duos teſtes etiam non rogatos.l.lucius cum glo.ff. de teſta.milita.
Aut miles teſtatur in militia,ſed non in expeditione, & pariter ſolenni-
tas non requiritur,ſed teſtamentum ualet,utcũque fiat, modo duos teſtes
31 ad hoc roget, † quibus uoluntas ſua probetur, nec enim ſatis eſſet, teſtes
non rogatos, ſed caſu accedere, cum habeat ſpatium rogandi teſtes, quæ
ratio ceſſat in ſuperiori caſu.l.diuus,ubi glo.in uerbo conuocatis.ff.de mi
32 li.teſt. † PAGANICVM eſt,quod domi extra militiam facimus,Et
33 hoc diuiditur in duas ſpecies, † in teſtamentum in ſcriptis, quod ſolenne
appellatur,& in nuncupatiuum,ſolenne, aliud coram principe, ſiue apud
acta coram iudice fit,aliud ſolenne eſt,quod coram ſeptem teſtibus priua
34 tis ſeruatis ſolennitatibus efficitur : † in primo non requiruntur aliqui te
35 ſtes.l.omnium.C.de teſta.& ibi Iaſ.in glo. in uerbo teſtibus. † cum princi
36 pis uel iudicis præſentia ſuppleat omnem defectum ſolennitatis : † ſolen
ne in ſcriptis efficitur corã ſeptem teſtibus omni exceptione maioribus,
de cuius teſtamenti ſolennitatibus loquitur totus titulus noſter, & quo-
modo ſigna apponantur,loquitur gloſa in uerbo proprio lino.infra de pu
37 pil.ſubſt.§.ſi quis ita formidoloſus. † Et hoc quidem genus teſtamenti in
ſcriptis etiam confici poteſt,ut nec teſtes adhibiti ſciant,quid in eo conti
38 neatur,uidelicet, † quando ipſe teſtator propria manu ſcribit teſtamentũ
39 ſecundum formam.l.hac conſultiſſima.C.eo.† & iſtud teſtamentum in ſcri
ptis quomodo conficiatur,& aperiatur optime declarat Io.de platea hic.
40 † Sed & olim, & hodie hoc genus teſtamenti parum in uſu fuit, ac eſt. Et
41 dixit Bar. † quòd unum tantum uidit confectum à quodam excellenti do
ctore,quod ruptum fuit propter defectum ſolennitatum, quem refert hic
42 Porc.in.iiii.col. nu. 10. † Et ego uidi niſi unum mei abaui materni excel-
43 lẽtiſſ.do.Ludouici de Cortoſis, † qui compoſuit repertorium,& in eo ſuo
teſtamento uoluit,quòd quinquaginta duæ uariæ muſicæ adeſſent in fu-
nere,& affinibus uſque ad c[illegible] gradum ueſtem purpureã reliquit, uo-

luit q̃, quòd omnes clerici, ac monaci ciuitatis, loco officii, ac funeralium
orationum, canerent Gloria in excelſis Deo, & ita obſeruatum fuit. Et
plures rationes theologicas ad ſuum teſtamentum confirmandum aſſi-
44 gnat. † Et hinc eſt, quòd Pau. de caſt. in. l. qui teſtamento. ff. de condit. in-
ſti. dubitat, an uoluntas illius doctoris Paduani, qui fecit repertorium, ab
hæredibus eſſet ſeruanda, & ad unguẽ adimplenda. De teſtamento autem
ſine ſcriptis, ſeu nuncupatiuo loquitur tex. in. §. fi. infra eo. Et habetur men
45 tio in. d. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. † in quo teſtamento ſi-
ne ſcriptis, ſeu per nuncupationem, hæredis, & legatorum nomina, & o-
mnia quæ in eo continentur, coram teſtibus ſunt exprimenda. l. hæredes
46 palam. §. fi. ff. eo. † & ea ratione dicitur nũcupatiuum, & ſine ſcriptis, quia
nomen hæredis in eo nũcupari debet. d. l. hæredes palam. nec ſcripturam
47 interuenire neceſſe eſt, † & licet, ut plurimum ad faciliorem probationem
ſcriptura nuncupatiua teſtamenta conficiantur, non ob id deſinunt huiuſ
modi teſtamenta appellari ſine ſcriptis, ſicut in ſimili dicimus de pigno-
48 re & hipothecâ, † in quibus, licet ad faciliorem probationem ſcriptura in
terueniat, tamen non ſcriptura, ſed conſenſu contracta intelligitur hipo-
49 theca. l. contrahitur. ff. de pig. & hip. Vnde colligi poteſt ex prædictis, † q̃
iſtud nuncupatiuum teſtamentũ duobus modis efficitur, uno modo, quan
do illa uoluntas coram teſtibus declarata in præſentia notarii redigitur
in formam publicam, & inſtrumentum conficitur per notarium, & tunc
ſtatur huic inſtrumento, aut non redigitur ad publicum inſtrumentum &
tunc ſtatur dicto teſtium, uel priuatæ ſcripturæ teſtatoris, quæ tamen ſe-
ptem teſtibus probari debet. Et inde ad perpetuam rei memoriam ſecun
dum practicam talis uoluntas ad ſcripturam redigitur per tabellionem.
Partes autem principales, & neceſſariæ teſtamenti, omiſſis illis quæ ad te
ſtamenti fidem, & probationem pertinent, ut teſtium numerus, ſigilla, te-
50 ſtatoris, & teſtium ſubſcriptiones, hæ ſunt. † Et primo, hæredis inſtitu-
tio, quæ totius teſtamenti caput, ac fundamentum eſt. §. ante hæredis. in-
51 ſtit. de lega. † q̃m ſine ipſa nullum eſſet teſtamẽtum. §. i. infra de fideicom.
52 hæred. † Proœmium quoq; teſtamenti pars principalis, & neceſſaria eſſe
uidetur, quod dictum eſt à prothos, quod eſt primum, & emion, quod eſt
53 orno. † Quaſi ſermonis, uel actus primũ ornamẽtum, quod proœmium ne
ceſſario eſt ponendum in teſtamento, tum propter perſonam teſtatoris ha
54 bilem, tum propter cõſuetudinem generalem, atque decorem. † Nam in
proœmio primo deſcribenda eſt cauſa originalis, & efficiens teſtamenti.
arg. l. i. ff. de origi. iur. Primo enim notarius aſſerit, quod huiuſcemodi nõ
inſanus, ſed mentis compos, habilis ad teſtamẽtũ, nolens inteſtatus dece-
dere, ſed teſtatus, &c. Et ſic exprimitur primo cauſa efficiẽs, & originalis,
maxime in proœmio teſtamenti in ſcriptis, uel nũcupatiui ad ſcripturam
55 redacti. † Partes autem caſuales, & uoluntariæ ſunt, quæ licet omittãtur,

non propterea annullatur teſtamentum,cum non ab his perfectionem ca
56 piat,ut legata, † quæ nemo inuitus facere cogitur in teſtamẽto, quoniam
57 † ſine legatis quis recte teſtamentum facit.l.i.§.qui neque.ff. de hære.in-
58 ſti. † ſubſtitutiones quæ ſecundariæ & conditionales inſtitutiones dicun
tur.l.ii.§.differtur.ff.de bon.poſ.ſecundum tab. & infra de uulg. in princ.
ibi ſi hæres non erit.Et iſta quoque caſualis,& uolũtaria eſt pars teſtamen
59 ti.† Tertio alia eſt caſualis,& uoluntaria pars teſtamenti,quando ſcilicet
teſtator in ſuo teſtamento prohibet falcidiam, ſeu trebellianicam detra-
hi,alienationemq; bonorum uetat.

Tertiuʒ euidẽtiale.

Quãtum ad tertium attinet,ſufficiet nobis eas enumerare perſonas,quę
60 teſtamentum facere non poſſunt, † quoniam ipſis enumeratis, cæteris o-
mnibus intelligetur eſſe permiſſum.arg.l.cum prętor.ff.de iudi.l.ex eo.ff.
61 de teſti.c.qualis.xxv.diſt. † quia cognito uno de contrariis,& alterum co
gnitum eſſe intelligitur,ut inquit tex.in.§.i.inſtitu.de his qui ſunt ſui uel
alie.iur.l.i.ff.eo.tit.Quindecim igitur ſunt perſonæ,quæ teſtamẽtum con
62 dere nequeunt:Filiusfamilias paganus, † qui nec etiam in bonis aduenti
tiis,uel profectitiis,etiam cum patris licentia, teſtamentum facere mini-
me poteſt.l.qui in poteſtate.ff.eo.l.ſenium in fi.& in.l.penul.C.qui teſt.fa-
cere poſ.& infra quib.nõ eſt permiſ.facere teſt.poſt prin.Quod de aduen-
63 titiis dixi, limitatur ſecundum aliquos non procedere † quando mater,
uel auia,filio,uel nepoti reliquit,ne patri acquiratur uſusfructus.auth.ut
lic.mat.uel au.in prin.colla.viii.licet ibi glo.& Bar.contrarium ſenſerint,
non obſtante,quod ibi tex.dicat quo uolunt,modo diſponãt.Ideo dixi pa
64 ganus,† quia ſi miles eſſet,de ſuo caſtrenſi peculio,& etiam paganus,† de
65 quaſi caſtrenſi poſſet teſtamentum facere, intantum † ut nec eorum teſta-
66 menta exhæredando patrem ſubiacerent querellæ inofficioſi.l.fi.C.de in-
67 offi.teſta. † & hoc de iure.C.ſecus de iure auth.ut in.d.l.fi.glo.in uerbo te
ſtamento dicit,& ea iudicio meo eſt ratio,cur filiusfamilias teſtamentum
facere non poſſit,quoniam in eo defuit cauſa materialis teſtamẽti,cum bo
na non habeat,& omnia patris cenſeãtur.l.placet.ff.de acqui.hære.Quin-
68 imo,ut ſupra dixi,nec cum licentia patris.Et ratio,ut ſentio,ea eſt, † quia
teſtamentum ex libero teſtatoris arbitrio, non autem alieno,pendere de-
bet.l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſti.quæ ratio cum in mortis cauſa dona-
69 tione deficiat, nimirum erit † ſi filiusfamilias cum patris conſenſu cauſa
70 mortis donare poterit.ut inquit tex.in.l.tam is.ff.de do.cau.mor.† Quod
71 tamen eſt uerum, ſi ei ſpecialiter concedat cauſa mortis donare,† ſecus ſi
ſimpliciter permittat donare.l.filiusfamilias.§.ſed enim.ff.de dona. quo
caſu an patris, & filii donantis mors requiratur, ut donatio cauſa mortis
72 confirmetur, † uerius eſt,ut ſolius filii morte confirmetur,ut not.dicit gl.
in.l.qui in poteſtate.i.reſp.ff.eo.tradit egregie Bart. in.l.qui pretio.ff.de
73 do.cau.mor.Are.infra quib.non eſt permiſ.facere teſt. † Item impuberes

teſtamentum

74 teſtamentum facere non poſſunt, & minus furioſi, † cum his perſonis nul-
75 lum ſit animi ſui iudicium † .§. præterea. infra quib. non eſt permiſ. facit
76 optime tex. in. l. qua ætate. ff. eo. † Item prodigi quibus tamen à iudice bo-
norum ſuorum adminiſtratio eſt interdicta. §. item prodigi. infra quib. nõ
77 eſt permiſ. facere teſt. † Item mutus ſurdus, † quod limito procedere in eo
78 muto, ac ſurdo, qui à natiuitate utroque morbo laborat, † nam qui aliquo
79 caſu eſt tantum ſurdus teſtamentum facere poteſt, † quia ſola ſurditas te-
80 ſtamenti factionem non impedit. l. diſcretis. C. qui teſtamen. facere poſ.
81 † Item cæci, monaci, & regulares, cum ex uoto ſolenni per † profeſſionem
82 emiſſo abdicatum ſit ab eis arbitrium propriæ uolũtatis. xii. q. i. c. non di-
83 catis. † & nihil proprium habere dicuntur, quoniã per ingreſſum ſe, ſuaq;
84 bona † Deo dicarunt. auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccle. Teſtamentum
85 tamen † quod ante profeſſionem fecerunt, ualet, & incipit effectum habe-
86 re profeſſione facta, ſicut alia teſtamenta morte, † quoniam ſolenne uotum
in monacis, quantum ad ius ciuile pertinet, facit eos pro mortuis haberi.
l. deo nobis. in fi. C. de epiſ. & cle. cui optime concordat text. in. §. illud. in
87 auth. de mona. † Item obſides, qui dati ſunt obſides pro captiuis Po. Ro.
88 uel ecõtra, † ſecus in is obſidibus, qui quotidie de una ciuitate alteri dan-
89 tur, & eſt ratio, † quia quæſita in obſidatu ſunt fiſci, & domi dimiſſa per-
90 duut, ut not. in. l. obſides. ff. eo. late per Abb. in rubr. extra de teſta. † Item
91 hæretici. l. manicheos. C. de hæreti. † necnon dubitantes de ſtatu ſuo, an
92 ſint manumiſſi, uel emancipati, ut inquit tex. in. l. de ſtatu ſuo. ff. eo. † Item
93 rei perduelliones, qui in principem conſpirarunt. † Item ſerui & damna-
94 tus ad mortem. † Item de crimine famoſo damnatus. Iſte ſunt quindecim
perſonæ, quibus omnimodo teſtamentum facere prohibitum eſt, ut eſt gl.
in. §. fi. inſti. quib. non eſt permiſ. facere teſta. glo. eſt in. l. ſi quæramus. ff. de
teſta. Azo in ſumma. C. qui teſt. facere poſ. unde glo. in præallegatis locis
hos uerſus tradidit.

Teſtari nequeunt impubes, religioſus,
Filius in ſacris, morte damnatus, & obſes,
Prodigus, ac ſtultus, dubitans, ſeruus, furioſus,
Crimine damnatus, cum muto, ſurdus & ille,
Qui maieſtatem læſit, ſic cæcus & ipſe.

Tres perſonæ inteſtabiles addũtur.

95 Ego autem his tres perſonas addendas fore ſemper exiſtimaui, † publi-
96 cum uſurarium teſtamentum facere non poſſe, apertiſſimi iuris eſt, † niſi
97 præſtita cautione. iuxta formam. c. quãquam. de uſur. lib. vi. † damnatum
ad perpetuos carceres communiter receptum eſt, nequaquam teſtamen-
tum condere poſſe. Bar. in. l. ii. ff. de publi. iudi. licet nonnulli contrarium
98 ſenſerint † in clerico ad perpetuos carceres damnato, † cum ius canoni-
99 cum non ponat perpetuum càrcerem ad pœnam, ſed ad pœnitẽtiam. c. no-
100 uimus. de uerb. ſigni. † Item banniti noſtri temporis teſtamentum facere

101 nequeunt, † quod ego uerum intelligo, ut ſecundum iura municipalia il‑
102 lius ciuitatis, ex qua eſt bannitus, teſtamentum facere non poſſit, † ſecus
autem ſecundum iura communia. Ita Iaco. de Rauenna in l. ex facto. §. ex
103 facto. ff. ad treb. † Quibus ſic enumeratis dabitur intelligi cæteris omni‑
bus eſſe permiſſum iuribus præallegatis, facit optime tex. in l. qui accuſa‑
re. ff. de accuſatio.

Quartū euidētia le.

Quantum ad quartum, uidelicet, quotuplex ſit ultima uoluntas, dicas,
104 † quod quadruplex olim, hodie triplex, teſtamentum, codicilli, donatio
105 cauſa mortis, quarto epiſtola uenerabilis, quæ hodie in uſu non eſt, † cum
per quamlibet primarum trium quicūq; de bonis ſuis poſt mortem ſuam
ſatis cōmode diſponere poſſit. Et de iſta epiſtola loquitur text. in l. miles.
in prin. ff. de leg. ii. & in l. & in epiſtola. C. de fideicom. & in l. i. C. de codi‑
cil. Licet aliter dixerit glo. in auth. de hæred. & falci. in. §. fi. uerbo ultima.
quæ dixit quinque eſſe ſpecies ultimarum uoluntatum. Sed differentiam
conſtituit inter teſtamentum militis, & pagani, uolens, quod teſtamētum
106 militis ſit alia ſpecies, quod mihi non placet, † quoniam ita eſt ultima uo‑
luntas, quæ obuenit ex teſtamento militis, ſicut ea, quæ obuenit ex teſta‑
mento pagani, uel inter liberos. Cum ubique pars illa intrinſeca, & ſub‑
ſtantialis, quæ reſpicit diſpoſitionem bonorum omnium requiratur, ut hę
107 redis inſtitutio, † licet militis, & inter liberos teſtamentum paucioribus
teſtibus poſſit perfici, quàm pagani. d. l. hac cōſultiſſima. §. ex imperfecto.
108 † Nam lex non curat modum conficiendi, ſed effectum. l. ſi quando. ff. de
leg. i. Item legatū, quod conſideratur ut quinta ſpecies ab Accurſio. Mihi
109 tamen non placet, † cum ſemper uel in teſtamento, uel in codicillis legata
omnimodo ſint relinquenda, & ſine teſtamento, uel ſine codicillis legata
non dantur. Cogita ſi hæc glo. opinio poſſit improbari, ut nō quinque, ſed
tres tantum ſpecies ultimarum uoluntatum ſint hodie, ut teſtamētum, co‑
dicilli, donatio cauſa mortis, ut etiam paulo ſupra præpoſui.

Quintū euidētia le.

110 † Quantum ad quintum, uidelicet, qua ratione fuerit permiſſum alicui
facere teſtamentum. Chriſtopho. & Iaſ. hic in fine principii aſſignat ratio
nes, à quibus non recedo, tum uel maxime ab ea, quam tradit hic Chriſt.
111 & eſt de mente Imperatoris in l. i. C. de ſac. ſan. eccle. uidelicet, † quia lex
pium, & æquum iudicauit, ex quo homo eſt in ultimo uitæ ſpiritu, nec ali‑
ud uelle, aliud ue nolle poteſt, ſaltem de ſuis rebus libere diſponere poſ‑
ſit. De ueritate aliarum rationum in præſentiarum non diſcutiam, ſed in
fine. §. primi, ſuo loco tradam.

Sextum euidētia le.

112 † Quantum uero ad ſextum, & ultimum pertinere uidetur, pro nunc di‑
cam teſtamentum originaliter, & inuentione eſſe de iure ciuili, ut tex. no‑
ſter clare probare uidetur, & in l. uerbis legis. ff. de uerbo. ſigni. Sed quo‑
niam hoc late ueniet diſputandum à me in ultimo notabili tex. ideo ad ea
me remitto.

113 EXPEDITVS de euidentialibus,uenio ad rubr.tit. † quæ ua-
riis modis à doctorib.hic continuatur. Communis tamen cõtinuatio eſt
de.§.fi.ſupra tit.proximo,quam tradit hic glo.ſequitur etiam Are.& com
muniter alii.Porc.tamen hic uidetur dupliciter cõtinuare hunc tit.licet
prima eius uideatur eadem cum ea Are.quæ tamen,ſi rectius perpenda-
tur diuerſa eſt,quoniam Are.ſe fundat in.d.§.fi.in fi.Secunda autem Por-
cii continuatio in prin.d.§.& ea eſt.Supra uiſum eſt quemadmodum actu
inter uiuos rerum dominia nobis acquirantur, ſequebatur modo uidere
quemadmodum ex ultima uoluntate.Ideo de teſtamentis titulum inſcri-
pſit.Aliter quoque continuat Iaſ.in ult.addi.§.fin.ſupra de uſu,& habi.ut
hic per eum. Accedit etiam quarta Bauarii continuatio,ut hic per eum
uerſi.ii.col.i.Secunda Porcii cõtinuatio iudicio meo non ſubſiſtit,ex quo
poſt hunc titulum peragitur, quemadmodum actu inter uiuos dominia
acquirantur,ut infra de acquiſi.per arroga.& infra de emp.& uendi.Item
ex alio non ſubſiſtit, cum & ante hunc titulum tractetur de acquiſitione
114 actus ultimæ uoluntatis, ut de donatione cauſa mortis, † quæ eſt ultima
115 uoluntas, † cum per omnia ferè legatis connumeretur.inſti.de dona.§.i.l.
i.ff.de do.cau.mor.& glo.in.§.fi.uerbo ultima.auth.de hæredi.& fal.Ter-
116 tia Iaſ.reprehẽditur,ut hic per Baua.† cum à remotis uideatur facta con
tinuatio,quę maxime ad proxima fieri poterat.iuxta tex.in.l.ii.ff.de ſtatu
homi.Quarta Baua.nequaquam bona eſſe uidetur,cum ei obſtet id,quod
117 etiam ipſe dixit, † ut potius ad futura,quàm ad præterita uideatur facta
continuatio,quod cõtinuationis proprium non eſt, ſed potius cuiuſdam
118 ſubordinationis. † Sed ne circa inutilia noſter uideatur eſſe progreſſus,
omiſſis aliis,quæ contra hanc cõtinuationem poſſent adduci, adhuc eam
tutari poſſem,addendo tamẽ id,quod alibi glo.in rub.C.de eden.tradit,
ubi reſpectu tit.de iudi.infra poſiti continuat tit.de eden.Similia tradit
hic Baua.reiiciendo dictum contrarium.Non tamen pro ueritate diſce-
119 dendum putaui à continuatione glo.Aret.& aliorum, † quoniam conti-
nuatio,ſi poſſibile eſt,ad proxima fieri debet.d.l.ii.& in ſpecie maxime in
120 caſu noſtro, † ubi de materia teſtamenti, & ſic tanti ponderis peragitur,
121 † de qua,niſi ſpecialiter mentio fuiſſet habita,uideretur quaſi neglecta.l.
item apud labeonem.§.hoc ædictum.uerſi.ea enim.ff.de iniur.Et quòd in
ſpecie ſit facienda continuatio,probatur arg.tex.l.in toto.ff. de regu.iur.
122 † in toto iure generi per ſpeciem derogatur. Et illud potiſſimum habeẽ
123 † quod ad ſpeciem directum eſt,ergo cum huiuſcemodi communis conti
nuatio fundata in finalibus uerbis.d.§.fi.ſit ad proxima præcedẽtia,& in
ſpecie,ut hic Imperator ſpecialiter hunc titulum continuet, debemus &
nos attendere talem continuationem tanquàm ad præterita, & in ſpecie
factam,& omnes alias reiicere tanquam à remotis, & in genere factas. Et
per iſtud fundamentum tollitur contrarium rubr.ſi tab.teſt.nul.ext.quo-

Cõis cõ-
tinuatio.
glo.

Prima
Por.con
tinuatio
Secunda
Por.con
tinuatio

Tertia
Iaſ.conti
nuatio.
Quarta
Baua.cõ
tinuatio
Secunda
cõtinua-
tio Por.
impro-
batur.
Tertia
Iaſ.cõti-
nuat. re-
pbatur.
Quarta
Baua.cõ
tinua. re
pbatur.

Cõis cõ-
ti.gl.ap-
pbatur
nouis ra
tionibus

niam ibi fortaſſis melius non poterat cõtinuari, igitur in caſu neceſſario à remotis poteſt fieri continuatio, quando tituli intermedii non ſunt peni-
Tollitur tacitũ cõtrarium huic continuat. 124 tus extranei, ut ibi. † Nec huic continuationi communi obſtat tex. in. d. l. ii. intelligendo cum enunciatiue, & non diſpoſitiue, ut aliqui uolebant, dicentes continuationem non eſſe neceſſariam, quoniam aliter ſe habet uerus, ac communis intellectus. Nec huic communi continuationi obſtabit
Tollitur aliud cõtrarium huic continuat. ſi dicatur, quòd non uidetur uerum, quòd poſtea quàm tractauit de acquiſitione tituli particularis ſit uidendum de acquiſitione tituli uniuerſalis. Ideo de teſtamentis. d. §. fi. quoniam in eo. §. fi. dicitur, quòd de legatis, & fideicommiſſis infra tractabit, & ſic non eſt tractatum ſupra de acquiſitione tituli particularis integraliter, quoniam reſpondeo, quòd illud obſtaret primæ cõtinuationi Porcii fundatæ in prin. d. §. & non in fi. prout communis eſt continuatio. Et ideo Iaſ. hic in finalib. uerbis, uolens Porcii continuationem ſaluare, dicit, quòd eſſet bonum coniungere iſtam continuationem cum ſua, uidelicet, ſupra uiſum fuit quemadmodum acquirantur res titulo particulari, uel de iuregẽtium. Sequebatur uidere quemadmodum titulo uniuerſali, uel de iure ciuili, ut tollat contrarium legatorum, & fideicommiſſorum ſupra adductum. d. §. fi.

Prima Porc. q. 125 EXPEDITVS de cõtinuatione, ſupereſt, ut deueniam ad quæſtiones, quas tradit hic Porc. quarum prima hæc eſt. † Quare hic, & in. C. ſint tituli de teſtamentis, & qui teſta. facere poſ. unus ab alio ſeparatus, in
Corroboratio noua. 126 libris uero. ff. ſint tituli coniuncti, & maxime, † cum Imperator Iuriſconſultorum ordinem, ac uirorum prudentum formam ſequi nõ dedignatur. l. humanum. C. de legi. facit tex. in. l. diui fratres. ff. de iurepa. ubi Imperator reuocat ſententiam ſuam, & ſequitur ſentẽtiam Iuriſconſultorum. Porcius ad iſtam queſtionem dupliciter reſpondet. Prima eius reſponſio optima ratione tollitur, ut hic per eum. Addit Baua. quòd ſi uera eſſet, ſequeretur, quòd eodem modo debuiſſet hic Imperator diuidere tit. de ſeruit. ruſti. præd. & de ſeruit. urb. præd. quod non fecit, ut ſupra de ſeruit. Et ma-
Prima reſpõſio Porc. tollitur.
127 xime, † quia materia ſeruitutum eſt difficillima, ut patet per omnes titu. de ſeruitutibus loquentes. Comprobatur hæc Baua. ratio, ſi Imperator in inſtitutionibus ob faciliorem intelligentiam diuidit tractatus non diuiſos à Iureconſultis in. ff. quanto magis diuidere deberet eos tractatus diuiſos à Iureconſultis in. ff. ut patet in materia legatorum, ubi tres ſunt rubricæ ſeparatæ. de leg. i. ii. iii. & etiam de dote prælegata, & de optione legata, quæ tamen omnes materiæ in inſtitutionibus de legatis ſimul tra-
128 ctantur. † Addo ego quoque, quòd materia publicorum iudiciorum ſeparatim tractatur in. ff. & . C. ut ad leg. iul. maieſt. & ad leg. cor. de ſicar. & de ſimilibus. In inſti. uero hæc omnia ſimul tractantur, ut infra de pub. iudi. per totum tit. Secunda eius ratio ea eſt, quòd hæc eſt materia poſitiuã,
Secũda rõ Porcii 129 † quæ ad libitum poni poteſt, & ideo pertinacibus relinquenda. ut no. in rub.

rub.ff.ſol.ma.& maxime ibi Bar.ſuper uerbo infortiatum, & hanc commu-
130 niter omnes tenent. Mihi tamen ex duobus non placet, & primo, † quia
131 hoc eſt refugium miſerorum dicere eſt poſitiui iuris. † Secundo quia Im-
perator nihil præſumitur feciſſe abſque ratione, maxime cum habeamus,
132 † quòd non ſolum uerba, ſed neque ſyllaba eſt poſita ſine ratione, uel cauſa,
& uirtute aliquid operandi.l. ſi quando.ff.de leg.i.§.quibus.i. conſti.C.&
eo maxime, quia Porc.ipſemet reprobat alibi hanc ſuam rationem, repre
hendẽdo Gugli.de cu.qui in ſimili reddebat talem rationem infra de pu
pil.ſubſti.§.qua ratione.nu.4. Aliam quoq; rationem refert hic Baua. poſt
nu.4.uerſi.unde ſecundo, quæ fuit Imo.in rub.de appel.quam ipſe Bauar.
reprobat in prin.iii.col.tenendo ſecundam rationem Por.quam ego ſupe
rius reprobaui, & ultra ea, quæ hic Baua.contra rationem Imo.adducit, fa
cit; quia etiam in libris inſtitutionum apponuntur tituli magis perplexi,
q̃ fuiſſent hi duo tit.de teſtamentis, qui teſt. fa.poſ. ut eſt tit.de lega.& tit.
de actio. Reprobatis igitur rationibus hic per doct. in hac quęſtione addu
133 ctis, † breuiter hanc nouiſſimam eſſe rationem ſum arbitratus, uidelicet,
compoſitores inſtitutionum, & codicis cum cognouerint diuiſionem ma-
134 gnam præſtare † intelligẽtiã ad materias, plura q; alia bona afferre, ut tra
dit glo.notabilis ſupra in proœ. in.§.igitur. Ideo poſt compilationem.ff.
non ſolum hic pro iuuenibus uoluerunt ſegregare titulos, ſed etiam pro
135 eruditis in libris Codicis, quod tamen in libris.ff.antea non fecerunt, † cũ
136 facile ſit adinuentis addere, † & quanto iuniores, tanto perſpicaciores, ut
naturaliter patet, & tradidit Imper.in.ii.compilatione.C. Nec huic meæ
nouæ rationi obſtat id, quod hic Baua. dicebat contra primam rationem
Porcii de tit.de ſeruitu.in quo ſimul inſcriptum eſt de urbanis, & ruſtica-
nis ſeruitutibus, quoniam reſpõdeo, quòd hic materia ſeruitutum eſt bre
uiſſima, neque eam tanti fecit Imperator, ſicut hanc, quæ eſt de ultimis uo
137 luntatibus, † in quibus publica utilitas uertitur.l.uel negare.ff.quemad.
138 teſt.aper.† & ultima uoluntas tanq̃ lex eſt ſeruanda.§.diſponat.in auth.de
nup. Nec obſtat huic meæ rationi, quòd idem Baua.contra eandem Porc.
rationem adducit, dicebat enim, q; Imp.in inſtitutionibus ſimul coniun-
ctim tractat plures materias, quas Iureconſulti ſeparatim tractarunt, quo
caſu ſi tam utilis eſt diuiſio, ut ſupra in hac noſtra ratione dictũ eſt, debe-
bat Imperator infra in tit.de lega.tractare ſeparatim materiã legati.i.ii.
iii.de opt.leg.de dote præleg.de pecu.lega. quæ omnes ſeparatim à Iure
conſultis ſub diuerſis titulis fuerunt tractatæ in.ff. Ad iſtud reſpondeo, q;
ideo ſeparatim hæc à Iureconſultis fuerunt tractata, quia amplior mate-
ria, & magis cõfuſa ibi peragitur, cum ibi tractent de legatis, & fideicom
miſſis ſimul, quæ tamẽ materia in inſtitutionibus ſeparatim tractatur, nec
ullum ferè uerbum in titulo de legatis habetur de fideicommiſſis, ut infra
de lega.§.ſed ne in primis. & quòd magis ample per Iureconſ.in.ff.tracte-

Secũda rõ Porcii tollitur pluribus rõnibus.

Alia ratio Bau. ad quæſtio.quæ per ipſũ reprobatur.

Noua rõ ad.i.q. Por.

Tutatur hæc mea rõ a quodam tacito contrario.

Tutatur hæc mea ratio ab alia ipugnatiõe.

tur materiam legatorum,& fideicommiſſorum comprobatur quoniam in
ff.tres ſunt tituli,qui etiam tribus libris continentur.

Secunda q.Porcii.

139 Secundo quærit Porc.hic, † quare eſt quòd Imperator propoſuerit hic
tit.de teſta.ordi.tit.qui teſt.facere poſ.in.C.uero totum cōtrarium ſerua-
140 uerit.Nam profectò uidetur hic malefeciſſe, † cum primo de perſonis, q̄
de rebus,ſeu actu firmando quærendum ſit.l. quidam referunt.ff. de iure
codi.§.fi.ſupra de iure nat.gen.uel ciui.cui optime concordat tex.in ma-
teria,qui non poſſet eſſe magis in propoſito in.l.ſi quæramus.ff.de teſtam.

Tacita reſpō. Por.

Porc.huic quæſtioni aliter non reſpondet,quaſi ſupra per eum in alia quę
ſtione fuerit tradita ratio,uidelicet,pertinacibus relinquēdum,quia po-
ſitiui iuris.Secundo reſpondet hic Baua.in fi.quòd de hoc non eſt curan-

Secunda rō Baua.

dum,cum ipſi Iureconſulti,qui in dictis iuribus dixerunt prius de perſo-
141 nis,deinde de rebus tractandum hoc non obſeruant, † ſed potius contra-
rium,ut in.l.cum hi.§.fi.ff.de trāſac.ubi ad ualiditatem tranſactionis pri-
mo de cauſa tranſactionis,ſecundo de modo, tertio & ultimo de perſonis
tranſigentibus quærendum eſt,concordat text.in.l.aut facta.ff. de pœnis.
ibi primo de cauſa,ſecundo de perſonis.Et pro hac ſolutione Baua.facit,
quod habetur in terminis quęſtionis noſtre à Iurecōſultis in libris.ff.dum
rubricatum eſt de teſta.& qui teſta.facere poſ.Tertio reſpondet hic Tol-

Tertia rō ſecundū Tol.

lent.nu.4.quòd uerum eſt,ut prius de perſonis,quàm de rebus ſit quæren
dum,quando extat tractatus,uel quæſtio,ubi coniunctim de rebus,atque
de perſonis fiat diuiſio,ita probant iura ſupra alleg. quod non eſt in caſu
noſtro.Aliter & ſecundo modo reſpondet idem Tollent.hic nu.5.q̄ ideo

Quarta rō ſecundū Tol.

in hac materia prius de perſonis, q̄ de teſtamentis inſpicimus, quoniam
teſtamentum ut perfectum,& iam in eſſe deductum conſideratur, & ita lo
quuntur iura ſupra alleg.& maxime tex.in.l.ſi quęramus.At in caſu noſtro
non prout teſtamentum ad eſſe deductum,ſed potius ad eſſe deducēdum
conſideratur,cum inſcriptum ſit de teſtamentis ordinandis,merito de eo
prius,quàm de perſonis tractat. Quam reſpōſionem ego comprobo, quo-

Hæc q̄rta rō cōpbatur.

142 niam diuerſa eſt ratio in eo, † quod iam in eſſe deductum eſt,quàm in eo,
quod ad eſſe eſt deducendum,ita Porc.& alii,ad aliud tamen propoſitum
infra de liter.ob.in prin.nu.10. reſpondendo ad tex.in.l.in exercendis.C.
143 de fide inſtru.ubi dicitur, † quòd probationes teſtium,& inſtrumētorum
pari paſſu ambulant,dicunt,quòd illa æquiparatio ex illa lege facta pro-
cedit ad probandum aliquid iam in eſſe deductum,ſecus ad probandum
aliquid ad eſſe deducendum,quod ſcribentium dictum comprobatur il-
144 la uulgata regula, † Multa facta tenent,quæ facienda impediuntur.l.pa
tre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui,uel alie.iur.Tertio adhuc reſpondet Tol

Quinta rō Tol.

len.nu.6.cuius tamen reſponſio eadem eſt cum ea Baua.ſupra adducta per
d.l.cum ii.additi.tamen Tollen.text.in.l.1.ff.de excep.doli.qui cum ea.l.
concordat,Poteſt quoque ex animi mei ſentētia pro comprobatione hu-

ius ſolutionis adduci,uidelicet, quòd de neceſſitate prius de perſonis nõ
145 ſit tractandum, † quoniam Deus omnipotens, licet habuerit primam in-
146 tentionem in homine, † tamen primo cœlum,terram, & fluctus, & omnia
creauit, poſtremo ipſum hominem,ut legitur Gene.in prin. Sed quia per
hoc non eſt ſublatum contrarium.d.l.quidam.&.§.fi.Ideo ego cogitabam Noua reſp. ad .q.
147 ſi noua † ratio reddi poſſet huic quæſtioni à Porcio propoſitæ, & duas no
uiſſimas, & forſan nequaquam ſpernendas addi poſſe arbitror,quarũ pri-
148 ma eſt,quòd cum compilatio codicis fuerit poſt compilationem † nedum
Tollitur ii. funda. Non obſtat ſecundum arg. quoniam Baua. reſpondet, quod illud, quod dictum fuit, procedit, & uerum eſt in actu inter uiuos, ita loquitur text. in d. §. per traditionem. Sed in caſu noſtro, † quando quis teſtatur, non dicitur diſponere de rebus ſuis, patet † quia confert ſuam uoluntatem in tempus, quo non eſt dominus, ſcilicet, poſt mortem ſuam, cum † dominium rerum dicatur ſolutum per mortem, † & filii mortuo patre dicantur domini rerum paternarum. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. §. deinceps. in auth. de nup. Et pro hac opi. facit quod not. glo. in l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. quæ in terminis dicit, quod per teſtamentum quis dicitur diſponere de bonis, quorum non eſt dominus tempore effectus teſtamenti. Vnde uidetur, quod iſte modus transferendi bona non à iure naturali, ſeu gentium, ſed potius per fictionem iuris ciuilis ſit adinuentus. Iſta tamen ſolutio mihi in totum tuta non uidetur, † quia hæreditas iacẽs perſonam defuncti ſuſtinet. l. hæreditas. ff. de acqui. iure domi. Vnde ego ſic nouiter reſpõderem. Non ualet dicere, diſponere libere de rebus ſuis eſt iuris naturalis, uel gentiũ, per teſtamentum ergo libere diſponitur, quia dico, quod illa libera diſpoſitio poterat eſſe donatio, uel alia ſpecies ultimæ uoluntatis, non teſtamentum.

85
86
87
88
89

Noua ſolutio.

Tollitur iii. fund. & nouiſſime ultra alios. Non obſtat tertium, & quidem urgentiſſimum fundamentum de l. obuenire, quoniam ego nouiter reſpondeo. † Non ſequitur, hoc eſt ante legem xii. tab. ergo eſt de iuregentium, † quia dico, quod eſt ius ciuile antiquius l. xii. tab. hoc eſt, ius ciuile Papyrianum, de quo mentio habetur in l. ii. § i. ff. de orig. iur. à quo iure ciuili Papyriano teſtamentum fortaſſe emanauit.

90
91

Cõprobat. hæc mea noua ſolutio. Comprobatur hoc per tex. in §. diſponat. in auth. de nup. † ubi lex. xii. tab. appellatur antiquiſſima, & penè prima apud Rempub. Ro. ex qua dictione penè, datur clare intelligi, quod ante legem xii. tab. erat alia lex ciuilis, ut ibi etiam ſentit clare glo. & eſt etiam tex. in c. ii. diſtin. viii. ubi habetur mentio de legibus † Numæ Pompilii, qui Romulo ſucceſſit, fuerũt quoque antea † leges curiales à Romulo inſtitutæ l. ii. ff. de origi. iur. in princi. & † ante alios Tiberius Coruncanus ius ciuile conſcripſit. l. ii. §. iuris ciuilis ſcientiam. de orig. iur. Nec obſtat ſi dicatur, quod ius ciuile Papyrianum non fuit compilatum, quoniam illud ex uariis, & undique diſperſis legibus à Papyrio fuit compilatum, ut probatur in d. l. ii. §. i. & §. iuris ciuilis ſcientiam. de orig. iur. & ibi gl. exoleuerũt, id eſt, ex uſu receſſerunt, quoniam reſpondeo, quod licet leges receſſerint ab uſu, potuerũt tamen illæ leges per diſſuetudinem ſublatæ à l. xii. tab. comprobari, quoad teſtamentum, quod fortaſſe ab illis antiquioribus legibus adinuentum fuit. Nec hoc eſſet diuinare,

92
93
94
95

uinare, licet leges non dicãt, quoniam licet illę leges antiquæ hoc non dicant, hoc euenit, quia ipſæ à compilatoribus noſtri iuris in ſpecie non referuntur. Nam non eſt ueriſimile, quòd cum tantæ leges fuerunt ante leges
96 xii. tab. † quòd ubi una ex illis teſtamentum non fuerit adinuentum ratione publicæ utilitatis, quæ in eo uerſatur. l. uel negare. ff. quemad. teſt. a pe Vnde cum tanti ponderis ſit, non eſt credẽdum, quòd de eo non fuerit ha
97 bita mentio. † arg. l. item apud labeonem. uerſi. ea enim. ff. de iniur. Nec eſt hoc diuinare, cum in corpore iuris non ſit aliqua lex, quæ dicat teſtamentum à iuregentium eſſe adinuẽtum, quemadmodum in. l. ex hoc iure. ff. de
98 iuſti. & iure. de pluribus aliis dicatur. † Item antiqua lex fuſia caninia, quę hodie eſt ſublata, & lex ælia ſentia, de teſtamento loquebantur, ſupra de lege fuſia. & ſupra quib. manumit. nõ licet. §. eadem. &. §. fi. Non obſtat, quòd dicit. l. ii. §. deinde. ff. de orig. iur. quòd ex lege. xii. tab. fluere cepit ius ciuile. & tex. in. §. & non ineleganter. ſupra de iure nat. gent. & ciui. ibi, ius ciuile originem habuit ab inſtitutis duarũ ciuitatum, & loquitur de. l. xii. tab.
99 ergo ante. l. xii. tab. non erat ius ciuile. † Reſponde, quòd illa iura loquuntur de eo iure ciuili, quod hodie habemus, quoniam eſt uerum, quòd ante leges. xii. tab. non erat ius ciuile, quia eo tempore omnes leges antea latæ exoleuerunt, & Papyrianæ, & Curiales, & propterea cum eo tempore ius ciuile non eſſet, fuit recte dictum, quòd ex. l. xii. tab. habuit originem ius ciuile. Sed per hoc non negatur, quin ante. l. xii. tab. & antequã illæ antiquiſſimæ leges exoleuiſſent, non eſſet ius ciuile Papyrianum, ut in. d. l. ii. poſt prin. expreſſe dicitur, & ſentit glo. in. d. §. diſponat. Vnde hæc mea ſolutio uidetur ſatis bona ad iſtud quaſi ineuitabile fundamentum, quam ſolutionem tenendo, mihi non placet ſolutio, quam tradit hic Tol. nu. 23. in rubr. dum ipſe dicit, quòd non ſequitur eſt confirmatum à iure ciuili, ergo erat
100 ante ius ciuile, † q̃m & Codex confirmatus fuit à Iuſtiniano. l. i. C. de Iuſt. C. conf. & tamen ipſemet Iuſtinianus Codicem compoſuit. l. i. C. de no. C. faci. & ſic non fuit Codex ante Iuſtinianum, uel confirmatum ante confir-
101 mantem. † Nam ad iſtud reſpondeo, quòd non totus Codex cõpoſitus fuit
102 à Iuſtiniano, † quoniam ante eum tres erant Codices, Gregorianus, Hermogenianus, & Theodoſianus, ex quibus, & aliis inde latis legibus uſque ad tempora ſua nouum Codicem compilauit, ut. l. i. poſt princ. C. de no. C. cõf. & ſic ante Iuſtinianum leges Codicis, uel Codicorum erant, prout etia
103 hodie ſunt, † & à Iuſtiniano quinquaginta tantum deciſiones latæ fuerũt. Vnde ſolum ob confirmationem, & præſticam authoritatem Codex à Iu-
104 ſtiniano appellatur, & ab eo nomen aſſumit, Iuſtiniani Codex, † cum ipſe dicat omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur authoritas. Nec obſtat alia Tol. ſolutio hic in rub. nu. 25. uidelicet, quòd lex. xii. tab. confirmat teſtamentum, quia. d. lege obuenire intelligitur de teſtamento, ſecundum omnes, ſolennitatibus iuris ciuilis condito, Quoniam reſpondeo, quòd fal-

Tollitur Tol. ſol. ad hoc urgentiſſimũ cõtrarium.

Optime tollitur ſol. Tol.

105 ſus uidetur ille intellectus, quia impoſſibile eſt, † quòd ius ciuile confirmet
ſolennitates teſtamenti antequam ipſæ ſolennitates eſſent à iure adinuen-
tæ. Nam ante legem.xii.tab. quæ confirmauit teſtamenta, præſupponunt
omnes, quòd nulla teſtamenti ſolennitas eſſet.

Tollitur iiii. fun.

Non obſtat quartum arg. quoniam non ſequitur dicere, adeſt obligatio
106 naturalis, ergo eſt de iuregentium. † Nam in ſtipulatione conſenſus adeſt,
107 adeſt etiam naturalis obligatio. l.i.ff.de pact. † & tamen ipſa ſtipulatio eſt
108 de iure ciuili.l.i.ff.loc.infra de act.§.de conſtituta. † Nam ubicunque con-
ſenſus interuenit, etiam naturalis obligatio cauſatur, quoniam ipſa ex con
ſenſu inducitur, & tollitur.l.ſtichum.§.naturalis.ff.de ſolu. & licet in teſta
109 mento conſenſus interueniat, † cum heres quaſi dicatur contrahere cum te
ſtatore, ut infra de obliga. quæ ex quaſi contr. naſc.§.hæres. & ſic naturalis
obligatio in teſtamento cauſetur, tamen teſtamẽtum non dicitur iuriſgen
tium, per ea, quæ ſupra de ſtipulatione diximus.

Tollitur quitum fund.

Non obſtat quintum de.l.ſi teſtamentum. quoniam reſpondeo, quòd imo
110 † princeps ex certa ſcientia, & expreſſe poteſt tollere nedum ea, quæ iuris
ciuilis ſunt, ſed etiam ea, quæ iuriſgentium ſunt, ut not. Bal.in.l.reſcripta.
C.de preci.Imp.offer. At in.d.l.ſi teſtamentum, ideo dominium hæredita-
tis per principem non aufertur, quoniam princeps procedit per uiam re-
111 ſcripti à ſe impetrati, † quo caſu princeps dicitur illud concedere, dum-
112 modo non ſit iuri contrarium. facit infra de codicil.poſt prin. † ubi Augu
ſtus confirmauit codicillos, dummodo non eſſent iuri cõtrarii. Vnde cum
tale reſcriptum in.d.l. eſſet iuri cõtrarium, nihil illud operatur, non ex de-
fectu poteſtatis, ſed ex defectu uoluntatis principis.

Tollitur ſextũ fundamẽtũ.

Non obſtat ſextum, quoniam ego nouiſſime reſpondeo, quòd eo attento
113 hodiernum teſtamentum, † & ſtipulatio, quibus quotidie omnes utuntur,
eſſet iuriſgẽtium, quod tamen falſum eſſet. Nec obſtat, ſi quis fortius uellet
dicere, omnes gentes ante ius ciuile utebantur teſtamentis, ergo teſtamen
tum eſt de iuregentium, quoniam hoc etiam falſum eſſet, cum ante ius ciui
le, etſi homines de ſuis rebus poſt mortem diſponebant, id faciebant qua-
dam ſimplici diſpoſitione, non nominata teſtamẽtum, ſed innominata, uel
nominata alio nomine, quàm teſtamentum.

Tollitur ſeptimũ funda.

Nõ obſtat ſeptimum, quoniam etſi deportatus capit ex militis teſtamen
114 to, non tamen capit ſuo iure, † ſed potius ex militis priuilegio, ſi enim id
eſſet, quod teſtamentum eſſet de iuregẽtium, deportatus non ſolum ex mi
litis teſtamento, ſed etiam ex teſtamento pagani caperet, quod eſt contra
illum tex.in.d.l.neq;. & ſic facit pro contraria opinione.

Tollitur octauũ fund.

Non obſtat octauum, quoniam reſponderem, prout ſupra ad primum ar
gumentum reſponſum fuit, uel dicas, quòd illa eſt quædam admonitio, ſeu
115 exhortatio, quam facit ibi Thobias filio ſuo. † Nec omnium bonorum di-
ſpoſitio, quæ in teſtamento requiritur, ibi adeſt, ex quo teſtamentum illud

non eſſe apparet.

Non obſtat nonum,nam ille text.in.c.iuſgentium, non loquitur de lega- Tollitur nonum fund.
116 tis,quæ in teſtamento relinquuntur, ſed de legatis † hoc eſt orationibus,
qui in legationem mittuntur,de quo intellectu nec glo. nec doct.dubita-
runt,uerum eſt tamen,quòd etiam ſi conſideremus id, quod tamen eſt fal-
ſum,uidelicet,quòd ille tex.de legatis,quæ in teſtamento relinquuntur,lo
quatur,tamen cum dicat ibi tex.legatorum non uiolandorum religio, ad-
huc tamen nihil obſtaret,cum non de legatis, ſed de religione,quæ uerti-
117 tur in eorum præſtationē,loquatur, † quæ religio ſine dubio aliquo dici-
tur iuriſgentium.l.ii.ff.de iuſti. & iure.& ſic dictum arg.neutro modo ob-
ſtabit.Primo modo erit falſum.Secundo modo etſi daretur tex. id dicere,
quod tamē non dicit,non per hoc obſtabit per id uerbum religio. Tertiò
118 non obſtat etiam ſi loqueretur de legato, † quia non ſequitur legatum eſt
iuriſgentium,ergo teſtamentum in quo legatum eſt relictum,eſt iuriſgen-
119 tium,quia iſta poſſunt eſſe ſeparata. † Nam teſtamentum poteſt eſſe ſine le
120 gatis.l.i.§.qui neque.ff.de hæred.inſti. † item legata ſine teſtamento,ut in
121 codicillis relicta, † unde ex diuerſis non eſt facienda illatio.l.papinianus
exuli.ff.de mino. Præterea ſicut uidemus in fortioribus terminis, q̃ actio
122 natiua ex obligatione eſt ciuilis.l.ii.§.deinde.ff.de orig.iur. † & tamen il-
la obligatio,quæ parit illam actionem ciuilem eſt iuriſgentium.l. ex hoc
iure.ff.de iuſti.& iure.modo fortius teſtamentum iuris ciuilis poteſt conti
nere legatum iuriſgentium, ſi ita uerum eſſet, legatum eſſe iuriſgentium,
quod nego.

Non obſtat decimum,& ultimum,quod ego ſupra nouiter conſiderabā. Tollitur x.fund.
d.l.iii.ff.pro ſocio.quoniam licet ibi quæratur, an hæreditas iuſta ſit, quæ
à iure legitimo,an etiam quæ ex teſtamento defertur,non propterea ſequi
tur,quòd teſtamentum ſit de iuregentium, quia licet teſtamentum non ſit
eo iure legitimo, hoc eſt.l.xii. tabu. tamen poteſt eſſe adinuentum ab alio
iure ciuili.

Quòd uero teſtamentum ſit iuris ciuilis inuētione plura faciunt.Et pri- Quòd teſtamētū ſit de iure ciui. inuētiōe.
mo,quoniam deportatus eſt capax eorum,quæ ſunt iuriſgentium.l.quidā.
123 ff.de pœn. † & tamen deportatus non habet facultatem faciendi teſtm̄.l.
eius.§.i.ff.de teſta.ergo teſtamentum non eſt de iuregentium.

124 Secundo facit, † nam iure naturali primęuo omnia erant communia.l.ex Secūdū funda.
hoc iure.ff.de iuſti.& iure.ergo propter defectum materiæ teſtamentum
non poterat confici. Iſta duo fundamenta ſunt Porcii.

Tertio facit tex.in.§.fi.ſupra de uſu,& habi. Tertium funda.

125 Quarto facit, † quia non conuenit iurigentium diſponere de rebus ſuis Quartū fund.
tempore inhabili,ideſt,in id tempus,quo non eſt futurus dominus, ut di-
cit glo.in.l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſti. Sed teſtator diſponit de bonis,
126 quorum non eſt dominus, † quoniam in morte confirmatur teſtamentum.c.

127 cum matthæus.uerſic. nouiſſimum.de celeb.miſſa.† ſed poſt mortem quis
128 deſinit eſſe dominus,† quia mors omnia ſoluit.§.deinceps.in auth.de nu-
129 ptiis.& ideo glo.in.c.apoſtolica.§.his omnibus.viii.q.i.dicebat,† q; pon-
tifex non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem,quia effectus confertur in tẽpus,
quo non eſt futurus pontifex.

Quintũ fund.

Quinto facit l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure.ubi enumerantur inuentio-
nes diſpoſitionum iuriſgentium,& nullum uerbum de teſtamento, ex quo
130 datur intelligi arguendo à ſufficienti partium enumeratione, † quod in
iure eſt bonum argumentum.§.actionum.inſti.de actio.quòd teſtamentũ
non de iuregentium, ſed de iure ciuili ſit.

Sextum fund.

Sexto ſecundum Tol.hic in rub.nu.36.facit text.noſter iuncta glo. Nam
hic Imp.uolens circa originem, & antiquitatem teſtamẽti nobis plenam
131 dare notitiam dicit, † ſed,ut antiquitatis nihil penitus ignoretur, ſcien-
dum eſt,&c.& ponit tria antiquiſſima genera teſtamentorum, deinde di-
cit prædicta genera teſtamentorum à iure ciuili referebantur, & glo.hic
dicit,quia ius ciuile adinuenit. Vrgeo modo tex.cum Imp.hic dicat,ut ni
hil antiquitatis,ponit uniuerſalem negatiuam, maxime addẽdo uerbum
132 penitus,unde uidetur poſuiſſe † omnem antiquitatem aliàs talis oratio eſ
133 ſet falſa.l.is qui ducẽta.§.unum.ff.de reb.dub. † nam oratio ſumpta ex uni
uerſo ſi in uno eſt falſa,in totum redditur falſa.l.ſi ſeruum.ff.ſi quis cau. ta-
men enumerando dicit illa tria genera teſtamentorum eſſe de iure ciuili,
ex quo ſequitur quòd non ſit iuriſgentium.

Noua cõſideratio ad textũ noſtrũ.

Septimũ fund.

Septimo ſi teſtamentum originem habuiſſet à iuregentium,& de ipſo
134 Impera. nullum uerbum faciat, † utique imperfectè fuiſſet loquutus,cum
135 † cuiuſque rei imperfecta ſit oratio,ſi eius omittatur initium, & origo.l.i.
ff.de orig.iur.maxime cum dicat,ut nihil antiquitatis penitus ignoretur.

Octauũ fund.

Octauo facit tex.in.l.i.in fi.& l.hæreditas.ff.de peti.hære.in prin.ſecun
dum eun.intellectum,ubi hæreditas etiam ſine ullo corpore iuris intelle-
136 ctum habet,ſi iuris, † ergo ciuilis.§.ſed ius quidem.ſupra de iure nat.gen.
& ciui.& hoc ſecundum inductionem Porcii hic,& Baua.hic nu.17.uel ali
137 ter inducas eum, † hæreditas eſt nomen iuris,ideo ante ius ciuile non po-
terat teſtari,cum hæreditatẽ non haberent,& ſic non de iuregen.ſed ciui.

Nonum fund.

138 Nono facit tex.in.§.diſponat.in auth.de nup.ubi diſponat † teſtator,&
erit lex eius uoluntas, ſicut antiquiſſima, & penè prima Romanorum lex
ait,& paulo poſt habetur mentio de l.xii.tab. adducitur iſte text.optime
per Tol.hic in rubr,nu.37.

Decimũ fund.

139 Decimo facit tex.in.l.teſtamenti factio.ff.eo.titu. † ubi teſtamenti factio
140 publici,& non priuati iuris eſt, † ſed ius publicum dicitur ius ciuile.§.ſi,
ſupra de iure nat.gen.ergo,&c.

XI.fund.

Vndecimo facit tex.in.l.uerbis legis.ff.de uerbo.ſignifi.

XII.fun. nouum.

141 Duodecimo ego nouiſſime conſiderabam, † certum eſt, quòd ius natu-
rale,

rale,& iuſgentium uult neminem cum aliena iactura locupletari.l.nam na
142 tura.ff.de condi.inde. † Sed per teſtamentum pater poteſt priuare filium
143 bonis ſibi debitis,& bonis, † quorum,uiuēte patre, dicitur quaſi dominus,
d.l.in ſuis.ergo contra ius naturale extranei locupletantur cum damno fi
liorum. Vnde neceſſario uidetur dicendum teſtamentum eſſe iuris ciuilis
144 & non gentium,† cum per inſtitutionem extraneorum lædatur iuſgentiū.
145 † Et eodem iure quo quis impugnat,adiuuari non debet.c.ex eo. de regu.
iur.lib.vi. Comprobatur hoc meum fundamentum, cum uſucapio, quæ &
146 ipſa † eſt contra hanc naturalem rationem,neminem cum alterius iactura
locupletari debere,ſit de iure ciuili.ſupra de uſucap.in princ.

Decimotertio facit,quia lex ſimpliciter dicit eſſe de iure ciuili, ergo ſim xiii. fun.
147 pliciter, † & ſine temporis diſtinctione debet intelligi.l. de pretio.ff. de
publ.in rem act.

Decimoquarto, accedit tex.in.l.teſtandi cauſa.C.eo.tit.ubi teſtandi cau xiiii. fun.
ſa de pecunia ſua certis legibus eſt permiſſa.Solutio patet,ut ibi in gl.cer
tis legibus,id eſt,certis ſolennitatibus.

Ad quæ omnia argumenta ſi quis uellet tenere cōtrariam opinionem,ui- Tollitur
delicet,teſtamentum eſſe de iuregentium,ſic poſſet reſpondere. Non obſt. primum
primum,quoniam fateor deportatum hodie non eſſe capacem teſtamenti, fund.
148 ſed hoc ea ratione, † quia hodie plures ſolennitates à iure ciuili ſunt ad-
ditæ ipſi teſtamento,propter quas ſolennitates,cum deportatus earum ſit
incapax,incapax eſt etiam teſtamenti,ſed per hoc non ſequitur,quòd ori-
ginaliter non eſſet iuriſgentium. Sed contra hanc ſolu.oppo. licet ſit com
munis,& eam tradat Baua.hic nu.20.&.21.quoniam ea attenta,ſequeretur
quòd ſi teſtamentum non fuiſſet à iure ciuili ſolennizatum,ſed in puris ter
minis iuriſgen.manſiſſet, quòd deportatus poſſet facere teſtamētum, & ex
eo capere,quod eſt falſum,quia deficeret ius teſtandi in deportato ſaltem
149 in cauſa materiali, † quoniam bona non habet,† quia publicantur omnia.
150 d.l.eius.§.i.ff.eo.ubi Iureconſul.uidetur ſentire hanc eſſe rationem cur te-
ſtari non poſſit. Reſponde ſaluando ſolutionem, quòd hoc procederet de
iure.ff.ſeu.C.ſed iure authenticorum,hoc eſt,correctum. auth.ut nulli iu-
di.§.quoniam.§.penul.col.ix. & tradit glo.d.l.eius uerbo publicantur.

Non obſtat ſecundum,quia non loquimur de eo antiquiſſimo tēpore,quo Tollitur
151 † Adam erat in Paradiſo terreſtri,nec etiam tēpore,quo omnia erant com ii. fund.
152 munia,ſed illo iuregentium ſecundario, † quo limites agri fuerunt poſiti,
& dominia diſtincta fuerunt,de quo loquitur tex.in.l.ex hoc iure.ff.de iu-
ſti.& iure.

Non obſtat tertium,quoniam reſpondeo,prout infra reſpondebo ad ar- Tollitur
gumentum octauum, & ad ſequentia. iii. fund.

Non obſtat quartum,quoniam dico teſtatorem non conferre diſpoſitio- Tollitur
153 nem tempore inhabili, ſed executionem tamen, † quæ mero iure non de- iiii. fund.

beret ualere,ut dicit text.in.l.quod ſponſæ.C.de donati.ante nup.& uidē quæ dicit hic Chriſto.Porc.col.v.

Tollitur v. fund. nouum pluribus modis,et pariter nouiſſ.

Non obſtat quintum,quoniam dico,quòd ea,quæ ibi enumerantur, gra
154 tia exempli enumerantur, † & exempla regulam non reſtringuũt,quin locum non habeat in caſibus non exemplificatis.§.hactenus.inſti. de gradi. Et bene,quia exempla inuenta ſunt,ut inſtruamur. ſecundum Odofr.in.l. i.in.ii.col.ff.de publi.in rem actio.ſi tamen geminata & repetita inuenirentur,tunc reſtringerent.ſecundum gl.in cle.i.in uer.diocœſanos.de iurepa. quam commendat Gemi.in.c.duobus.in.v.col.de reſcript.in.vi.& eſt arg. in.l.balliſta.ff.ad treb.& in.c.ſiquis iratus.ii.q.iii. Vel ſecundo reſpondeo, quòd.d.l.ex hoc iure loquitur tantum de cõtractibus, non autem de quaſi
155 contractibus, † ut eſt teſtamentum,ut probatur infra de obligatio.quæ ex quaſi contrac.§.hæres. Vel tertio,& fortaſſe melius,reſpondeo,quòd ex ea lege non poteſt ſumi argumentum à ſufficienti partium enumeratione,
156 † quoniam partes non fuerunt ſufficienter enumeratę,nam plures alii ſunt contractus,qui fuerunt adinuenti à iuregentium, & tamen ibi non enumerantur, ut patet in ea.l.ibi, & alii innumerabiles.

Tollitur vi.fund.

Non obſtat ſextum,quoniam poſſem dicere, quòd ea genera teſtamento
157 rum antiqua ad ius ciuile referebantur, † quia ius ciuile addidit ſolennitates.Nec obſtat illa uniuerſalis negatiua,ſed ut nihil,ut dicebat Tollen. quoniam multoties reperitur contrarium,& ſic.d.§.utrum,fallit in aliquibus caſibus,ut eſſet in caſu noſtro.Secundò reſpondeo uerum eſſe in textu noſtro ius antiquum referri,ſed non ius antiquiſſimum,quo teſtamenta fuerunt originaliter adinuenta,ut eſt iuſgentium. Vel tertio dicas illam uniuerſalem negatiuam,ſed ut nihil,referri ad ea uerba inferius adiecta,uide licet,ad ius ciuile referebantur,& ſic teſtamenta,quæ ab antiquo iure ciuili tantum fuerunt adinuenta,in tex.noſtro connumerantur.Non autem ſequitur,quòd ante illud ius ciuile antiquum non eſſent teſtamenta,& ſic illa uniuerſalis reſtringenda, ut non de iuregentium loquatur, ſed de iure ciuili,& in iure ciuili uerificetur in totum. Vel quarto dicas in tex.noſtro eſſe uerba enunciatiua,quæ minime diſponunt. Quinto dicas ſecundum
158 Baua.hic, † quòd illa tria nomina teſtamentorum calatis comitiis,procinctum,& per æs,& libram fuerunt adinuenta à iure ciuili,non autem ipſum genus teſtandi,quòd hoc ſit uerum patet ex tex.ibi,quæ nomina teſtamentorum ad ius ciuile referebantur, & ſic loquitur de nomine teſtamentorũ, non autem de ipſo genere teſtandi.

Tollitur vii.fun.

Non obſtat ſeptimum,quoniam nõ erat neceſſe dicere,illud ius antiquiſ
159 ſimum, † cum eo iure teſtamenta non conficiebantur,prout hodie conficiuntur,ſed refert tantum antiquum, quo iure ipſa teſtamenta formam acceperunt,& ſolennitatem iuris ciuilis habuerũt,non autem eo iure antiquiſſimo,quo teſtamenta informia,& ſine ſolennitate erant.

Non obſtat octauum, reſpondeo in ſpecie, quoniam non ſequitur, quòd Tollitur viii. fun.
ob id quod nomen hæreditatis à iure ciuili ſit adinuentum, quòd iure an-
160 tiquiori nõ poſſent teſtari, † cum non haberent hæreditatem, quia fateor,
161 † quòd antiqui non diſponebant de bonis ſuis tanquam de hæreditariis,
cum iſtud nomen non haberent, ſed diſponebant de bonis ſuis, prout erãt,
162 ita tradit Bar.in rub.de acqui.hære.in fi.i.col. Item ſequeretur, † quòd illi
patres antiqui ſucceſſiones non habuiſſent ab inteſtato, contra.c.ius natu
rale.i.diſt.l.ſcriptum.unde libe.l.cum ratio.de bonis damnatorum. Vel di
cas nequando, ut hic negat Tol. quòd imo iuregentium antiquiſſimo, erat
163 hæreditatis, ſeu hæredis nomen. Gene.cap.xv. ubi † Deus dixit Abrahæ,
qui egredietur de utero tuo ipſum habebis hæredem. Vel dicas aliter in
telligendo illum tex. quòd habet iuris intellectum, hoc eſt, res, quæ in iure
conſiſtit, & res incorporalis. ſupra de reb. corpo. & incorpo.

Non obſtat nonum, decimum, atque undecimum argumen. quoniam ad Tollitur ix. x. xi. fund.
hæc omnia, licet reſpondere in ſpecie poſſim, duabus tamen generalibus
ſolutionibus ero contentus. Et prima eſt, quòd licet in omnibus illis iuri-
bus dicatur teſtamentum eſſe de iure ciuili, illud ideo eſt, quia ius ciuile
addidit, uel detraxit plures ſolẽnitates ipſi teſtamento, unde poſt illas ad
ditiones, uel detractiones teſtamenta hodie non poſſunt dici de iuregen.
164 prout erant, † ſed de iure ciuili propter additiones factas ab ipſo iure ci
uili. per tex.in.l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iur. & facit, quòd Barto.in.d.l.poſt
165 Guliel.in.l.edita.C.de edendo.dicit, † quòd qui addidit libello, dicitur,
addendo, conſtituere nouum libellum. Secunda erit ſolutio, quòd ideo te
166 ſtamentum dicit de iure ciuili, quia ius ciuile illud confirmauit, † & actus
multotiens ab inuentore non dicitur, ſed à confirmante, ut eſt tex.in.l.aſſe
toto.ff.de hære.inſti.& in materia noſtra.d.l.lege obuenire.ff.de uerbo.ſi-
167 gni.facit quod dicit Imp.in.l.i.C.de uet.iur.enuc.† omnia noſtra facimus,
quibus authoritas noſtra impartitur. Vel in ſpecie reſpondeas ad urgen-
tiſſimum tex.in.l.uerbis legis.ff.de uerbo.ſigni. quòd licet latiſſima pote-
168 ſtas fuerit data à.l.xii.tab.hæredes inſtituendi, † cum ſuperlatiuum præ-
ſupponat ſuum poſitiuum, datur intelligi, quòd ante.l.xii.tab.à iuregenti
um eſſet data, ſi non latiſſima, ſaltẽ lata poteſtas inſtituendi, quod ego com
169 probo per tex.in.l.iii.§.fi.ff.pro ſocio. † ubi teſtamentum non deſcendit à
l.xii. tab.ergo teſtamentum erat ante legem.xii.tab.& ſic iſte tex. non ob-
ſtabit, maxime cum.l.xii.tab.teſtamentum confirmauit.d.l.obuenire. & ſic
per confirmationem lex ipſa.xii.tab.cum ante eſſet lata poteſtas, dedit la-
tiſſimam poteſtatem teſtandi.

Non obſtat.xii.arg.quod ego nouiter faciebam, quoniam dico, etſi teſta Tollitur xii. fund.
mentum non habeat illam naturalem rationem, neminem cum alterius ia
ctura locupletari debere, tamen teſtamẽtum dicitur habere in ſe aliam na
turalem rationem, quæ eſt de tex.in.§.per traditionem.ſupra de rerũ diui.

170 ibi, † nihil enim tam conueniens eſt naturali æquitati, quàm uoluntatem
171 domini uolentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi, † & una ratio
naturalis poteſt tollere aliam naturalem rationem.§.pen. ſupra de iu.nat.
172 gen.uel ciui.ubi glo. † maxime quando illa eſt magis potens. Non obſtat,
173 † quod de uſucapione dicitur, cum illud, etſi contra naturalem rationem
174 ſit, tamen, ut euitetur maius inconueniens, fuit effectum, uidelicet, † ne re-
175 rum dominia eſſent in incerto, † & ob id quotidie homines ad iurgia non
176 deueniant.ſupra de uſucap.in prin. † & ſic, ut euitetur aliud, quod contra
æquitatem erat.l.æquiſſimũ.ff.de uſufr. Et ſicut una ratio ciuilis poteſt tol
177 lere aliam.ſupra de legi.agna.tut.in fi. † ita una ratio naturalis poteſt tol
lere aliam maxime ut euitetur maius inconueniens.

Tollitur xiii. fun. Non obſtat.xiii.quia dicitur teſtamentum eſſe de iure ciuili id intelligi-
tur eo tempore, quo ius ciuile erat propter ſolennitates ab eo additas, per
hoc tamen non ſequitur, quin teſtamentum ante ius ciuile non eſſet.

Iſta ſunt quæ meo iudicio adduci poſſunt in hac quæſtione diſputabili,
178 uerius † eſſe aliàs opinatus ſum teſtamentum eſſe de iure ciuili, quoniam
179 † diffinitio ponit eſſentiam, & ſubſtantiam rei diffinitæ. doct.l.i.§.dolum.
180 ff.de dolo. † Sed in diffinitione teſtamenti adeſt uerbum, iuſta, quod im-
portat iuris ciuilis diſpoſitionem.l.iii.§.fi.ff.pro ſocio. ergo teſtamentum
181 eſt iuris ciuilis, † maxime, quia quando diffinitur actus iuriſgẽtium in dif
182 finitione, id ſolet exprimi.§.ſeruitus autem.inſti.de iure perſo. † Nam cu-
iuſque rei imperfecta eſt oratio, ſi eius omittatur initium.l.i.ff.de orig.iur.
Et ſi dicatur, ut etiam ſupra fuit dictum, quòd ante ius ciuile liberi homi-
nes habebant ius diſponendi de bonis ſuis. Reſponderem, quòd hoc non
183 faciebant, quòd uellent teſtamentum facere, († cum eo tempore non eſſet
in conſideratione, hoc uerbum teſtamentum, & propterea diſponebant il-
la ſua libera uoluntate de iuregẽtium.) Sed teſtamentũ de quo quærimus
fuit adinuentum à iure ciuili, quod nominauit illam diſpoſitionem teſta-
mentum, & etiam formam, & qualitates, quibus conſtaret, adiecit, ut in tex.
noſtro dicitur. Et ex hoc aliàs firmiter tenebam teſtamentũ eſſe non ſolum
184 quantum ad formam de iure ciuili, ſed & origine.† Quoniam negabam o-
mnimodo teſtamẽtum eſſet iuriſgentium, non tantum cum forma, ſed etiã
ſine forma. Cum eſſet quædam ſimplex diſpoſitio innominata poſtea à iure
185 ciuili appellata teſtamentum, † ſicut de ſtipulatione dicimus, cui ſi forma ei
data à iure ciuili adimatur, nihil aliud eſt, quàm ſimplex & nuda conuen-
tio iuriſgentium, tamen ex hoc non ſequitur, quòd ſtipulatio inuentione,
ſit de iuregentium, & ratione, quia ius ciuile formauit illam conuentionẽ,
& eam appellauit ſtipulationem, origine, & forma eſt de iure ciuili. Idem
etiam in propoſito caſu dicendum, uidelicet, quòd cum ius ciuile formam,
& qualitates teſtamẽto adiecit, & nominauit eam diſpoſitionem teſtamen
tum, quòd origine, & forma ſit de iure ciuili, optime facit, quòd not.Paul.

de ea.in.l.iii.ff.de teſta.Tamen hæc dubia quæſtio uidetur reddi ſatis cla
ra per text.in græcis inſtitutionibus Theophili in.§.ius autem ciuile.ſu-
pra de iure natu.ubi inquit,ex hoc iure gentium plura deſcendunt,& plu-
ra tradit exempla,poſtremo dicit,& teſtamenta ſcribere.& per hunc text.
Vigli.hic hanc opi.firmiter tenuit,& ita hodie ego tenerem.

EXPEDITVS de textualibus deuenio ad apparatum gloſarum. Glo.i. Diuiſio glo.
Capio glo.i.quæ in duas partes principales poteſt diuidi.In prima teſta-
menti etymologia ponitur.In ſecunda teſtamenti diffinitio.Secunda ibi
diffinitur autem.Prima tamē in tres particulas ſubdiuidi poteſt,prout in
prima etymologia ponitur.In ſecunda etymologiam probat exemplo.In
tertia ex glo.& ex his,quæ dicta fuerunt in tex.arguit ab abſurdo euitan-
do.Secunda ibi,ut dicitur.Tertia ibi,& ſic in hoc Codice.Iterum ſecūda
principalis in tres partes breuiſſimas ſubdiuidi poteſt,prout in prima po
nit diffinitionem.In ſecunda additionem ad diffinitionem.In tertia ratio
nem additionis aſſignat.Secunda ibi,& eſt.Tertia ibi,quia.Pro expedi-
tione primæ partis oppono,dicitur in tex.ꝙ teſtamētum eſt teſtatio men-
186 tis,† ſed omnis bona diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito.l.i.§.do-
lum.ff.de dolo.ubi docto.ſed iſta non cōuertitur,ergo &c.Glo.huius con
187 trarii timore declarat tex.& dicit† hic non diffinitionem,ſed etymologiā
ponit.Pro expeditione ſecundæ partis quæro quid ſit iſta etymologia,an
alio ſimili exemplo probari poſſit,& glo.reſpōdet,ut teſtamenti ſit etymo-
188 logia teſtatio mentis,ita lapidis etymologia eſt,lapis † quaſi lædens pe-
189 dem,argumentum † quaſi argute inuentum.Mutuum,quòd † fit ex meo
190 tuum.Sum in ſecunda parte,& quæro,an poſſit argui ab etymologia uoca
buli.Glo.reſpondet quòd ſic,arguendo codicillus poſſet dici teſtamentū,
quod dicere abſurdum eſſet.Ingredior ſecundam partem principalē glo.
& pro eius expeditione quæro,quia ſupra à glo.in prin.dictum fuit,quòd
non diffinitio,ſed etymologia teſtamēti ponitur in tex.noſtro,quæro quo
191 modo diffiniatur,& glo.reſpondet,† diffinitur autem ſic teſtamentum eſt
uoluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo,quod quis poſt mortem ſuam fieri
uoluit.Sum in ſecunda parte huius ſecundæ partis principalis,& quæro,
an talis diffinitio egeat additione aliqua,& glo.dicit,quòd eſt addēdum
cum inſtitutione hæredis.Sum in tertia,& quæro,quæ poteſt eſſe ratio hu
192 ius additionis,reſpondet glo.† quia ſine hæredis inſtitutione teſtamen-
tum eſt nullum.

Hæc eſt glo.ſic recitata,ex qua noto primo argumentum ab etymologia Non ualet argu. ab ety. niſi negatiue.
193 uocabuli † non procedere neceſſario affirmatiue,ſed negatiue tantum,&
ita communiter eſt receptum à doctoribus,contra quam cōcluſionem poſ
194 ſet argui,quòd ſcilicet ualet ab etymologia niſi affirmatiue.† Nam etymo Subtilis oppo. ad not.
logia eſt interpretatio uocis.l.i.ff.de iuſti.& iure.ubi docto.Sed argumen
195 tum † de interpretato ad interpretationem ualet tantum affirmatiue,eſt

195 teſtamentum,ergo teſtatio mentis,ualet modo ſic,† ut idem operetur op
poſitum in oppoſito,quod propoſitum in propoſito.l.fi.de leg.iii.l.etſi con
tra.ff.de uulg.dicendum eſt etiam, quod de interpretatione ad interpre
tatum,& ſic de etymologia ad etymologiatum ualet tantum affirmatiue.
Item contra iſtam communem ſententiam, quòd ſcilicet non ualeat argu
Alia ſubtilis oppo. mentum ab etymologia uocabuli, nec etiam negatiue faciunt.
197 † Primo quia etymologiatum eſt ſubiectum,ut eſt uſusfructus,etymolo
198 gia eſt prædicatum,ut ius utendi.arg.glo.in.l.i.§.quædam.ff. de rer.diui.
199 uerbo in iure. † de ſubiecto autem ad prædicatum argumentum non ua
let negatiue.c.dudum.de deci.
Alia oppo. 200 † Secundo facit etymologiatum eſt principale, † etymologia eſt acceſſ
201 ſorium.§.eſt & aliud.inſti.de dona. † Sed de acceſſorio ad principale non
202 ualet argumentum negatiue.l.cum principalis.ff.de reg.iur.

Tollitur optime primum arg. Ad primum reſpondeo, & imo retorqueo in contrarium,quoniam de
etymologiato ad etymologiam ualet affirmatiue tantum, econtra de ety
mologia ad etymologiatum ualet negatiue tantum; ut idem operetur op
poſitum in oppoſito,quod propoſitum in propoſito.Item non obſtat,quòd
203 negatiue debeat ualere,quia cum argumentamur † de ſubiecto ad prædi
catum,argumentamur de etymologiato ad etymologiam negatiue,quod
non ualet,ſed tantum affirmatiue, & nos quærimus an ualeat negatiue de
etymologia ad etymologiatum,quod ualet.

Non obſtat ſecundum,quòd non ualet argumentum negatiue de acceſſ
Tollitur ii.arg. 204 ſorio ad principale, quoniam hoc fallit, † quando acceſſorium eſt genera
205 lius principali,† ut hæc teſtamenti etymologia,quæ licet ſit acceſſoria ad
teſtamentum,tamen eſt generalior ſuo principali,hoc eſt teſtamēto, unde
negatiue procedet argumentum non eſt teſtatio mētis,ergo non eſt teſta
mentum.Ang. hic col.ii.nu.5.ex mente Bar.in rub.ff.ſol.mat.dat unam do
Dicta Aret. circa etymologiam. Bar. opi. reprobatur. ctrinam quomodo argumētum procedat ab etymologia, deinde dat aliā
nu.6.ex mente Rapha.cuma.ſui præceptoris in.l.i.ff.de acquir.poſ.Prima
206 Bar.non eſt bona dum dicit, † quòd ubi non eſt diffinitio, ſumitur argu
mentum ab etymologia,cum & ubi non eſt diffinitio affirmatiue, non ua
207 let,ut in mutuo,& in poſſeſſione, † quę caret diffinitione,& non ualet argu
208 mentum ab etymologia nec negatiue nec affirmatiue.† Item non eſt bona
dum dicit ſi etymologia repugnet diffinitioni,non poteſt argui,cum etiā
quòd etymologia repugnet diffinitioni ualet, ut in teſtamēto in quo ua
let argumentum ab etymologia negatiue. Doctrina Rapha.in.d.l.i.ff.de
acqui.poſ.non eſt bona,quia dicit,quòd ſi etymologia ſumatur ab eſſentia
rei,ualet negatiue tantum,ut in mutuo,& teſtamento, & tamen quando ſu
209 mitur ab eſſentia, ualet negatiue, & affirmatiue. † Donatio dicitur doni
datio,eſt doni datio ergo donatio, & ſic contra Rapha. cuius opinionem
Ange.hic tenet.

Circa quam concluſionem pro clariori eius intelligentia ſic diſtinguerẽ. Opi. Authoris.
210 Aut loquimur in nominibus propriis, aut in nominibus appellatiuis. † Pri
mo caſu nec affirmatiue, nec negatiue ualet argumentum. l. fin. §. pen. ff. ad
211 ad municip. & etiam ibi glo. † Nam appellatur Peruſinus, ergo de Peru-
212 ſio non ualet, minus ualet negatiue, non appellatur † Peruſinus, ergo non
eſt de Peruſio, cum poſſit eſſe de Peruſio, & alio nomine nuncupari.
213 Secundo principali caſu, uidelicet, in nominibus appellatiuis, & tunc,
aut etymologia ſumitur ab eſſentia ipſius etymologiati, aut ab initio, uel
ab euentu ipſius etymologiati. Primo caſu quando ab eſſentia, tũc aut ety-
mologia, quæ ſumitur ab eſſentia, eſt de ſola eſſentia principali ipſius ety-
mologiati, & non competit alteri, quàm etymologiàto, aut eſt de eſſentia,
ſed non de illa principali eſſentia ipſius etymologiati, quia alteri, q̃ etymo
logiato competit. Primo caſu argumẽtum procedat utroque modo, ut do
214 natio dicitur doni datio. l. ſenatus. poſt prin. ff. de donatio. cau. mort. † Itẽ
iuſtitia iuris ſtatus. c. forus. de uerb. ſigni. Iniuria, exceptio, & ſimilia, in qui
bus omnibus nedum negatiue, ſed affirmatiue etiam argumentum neceſſa
rio ualet. Secundo caſu quando ſumitur ab eſſentia, ſed illa eſſentia alteri
competit, qũàm etymologiato, ut teſtamentum, & mutuum, & ſimilia, tunc
de neceſſitate argumentum affirmatiue non ualet, negatiue uero ſemper
ualebit. facit tex. in. l. ii. §. appellata. ff. ſi cert. pet. ubi Iureconſultus arguit
negatiue ibi, & ſi non ſit de meo tuum, non eſt mutuum. Si uero etymolo-
gia non ſumitur ab eſſentia, ſed ab initio, uel ab euentu, tunc facias ſecun-
dum membrum, ut ſi etymologia ſumitur ab initio non ualeat nec affirma-
215 tiue, nec negatiue, † ut poſſeſſio dicitur ab iſto initio pedum poſitio. l. i. ff.
216 de acqui. poſ. & neutro modo ualet, † eſt pedum poſitio, ergo poſſeſſio, non
217 ualet, minuſq; negatiue ualet, † non eſt pedum poſitio, ergo non eſt poſſeſ
218 ſio, cum ſit ciuilis † poſſeſſio, quam animo retinemus, licet pedibus non poſ
ſideamus. l. clam. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. poſ. Si uero ſumitur etymo
219 logia ab euentu etymologiati, ut † Imperator dicitur ab imperádo, & rex
à regendo, & tunc aut conſideramus eam etymologiam in actu, aut in pro-
poſito, primo caſu in actu neutro modo ualet, ſecũdo caſu in propoſito pro
220 cedit utroque modo, † debet habere propoſitum imperandi, uel regendi,
ergo Imperator, uel Rex, idem etiam negatiue, facit optime pro hac opi,
221 text. in. l. ius. ff. de iuſti. & iur. ubi dicitur ius † etiam ſententia iudicis ini-
qua, ſubdit tex. non habita ratione ad id, quod facit iudex, ſed ad id, quod
facere deberet, facit glo. ſupra in proœ. in rub. in uerbo auguſtus, quæ con-
ſiderat talia uerba in propoſito, & in actu, uide quæ dicit hic Tol. num. 43.
ubi hoc comprobando plura accumulat. Vnde ſumatur ꝓpria ſignifica. uocabuli.
EXPEDITVS de iſta notabili quæſtione, ſequendo ordinem mo-
dernum non erit abſonum quærere, unde propria uocabuli ſignificatio ſu
matur. Bar. in. l. omnes populi. col. xx. uerſi. quæro. ff. de iuſti. & iur. dicit, q;

222 primo † ab authoritate ſumitur,ut ſi in aliqua lege dicatur.l.proprie.&.l.
223 ferri.ff.de uerbo.ſigni. † Secundo ſumitur à diffinitione.l.i.ff.de teſt.l.i.ff.
de tutel.infra in princ.de actio.

Vltimo quando prædicta duo deficiunt,uult Bar.quòd propria ſignifi-
224 catio † ex alluſione uocabuli ſumatur,ſeu ab etymologia,quod idem eſt,&
alleg.l.pupillus.§.territorium.l.tugurii. & ibi not.ff.de uerbo. ſigni.l.ii.§.
appellata.ff.ſi cer.peta.& iſta Bar. opinio eſt communiter ab omnibus ap-
probata. Tol.hic dicit Bart.in.d.l.omnes populi. male dixiſſe rationibus

Tol. Barto. ſprobat.

hic per eum adductis. nu.40.quibus tamen non obſtantibus tutari poteſt
opinio Bar.& communis.Nõ obſtat quod primo Tol.dicebat, quòd pro-
pria ſignificatio non ex diffinitione,ſed ex alluſione,ſeu etymologia ſumi-
225 tur,† cum ex diffinitione quid ſit res,& ipſius rei ſubſtantia ponatur,& de-
monſtretur, nec unde res habuerit propriam ſignificationẽ tradatur. Ad

Defenditur Bar. ab impugnationibus Tol.

iſtud reſpondeo,quòd ipſe Tol.dicit cõtra tex.in prin. infra de oblig.con
tra.l.propria bona.ff.de uerb.ſigni. quibus uiribus proprietas rei ſumitur
à diffinitione,uel ab authoritate.Item ſi ponitur diffinitio,quæ ponit ſub-
ſtantiam rei,& quid ſit res,ponit etiam propriam ſignificationem uocabu-
li,& ſic ſtandum eſt primo diffinitioni,quę omnia cõtinet.Et quòd uera ſit
opi.Bar.quòd propria ſignificatio uocabuli ſumatur ab authoritate. facit
tex.à fortiori in.l.ſi chorus.§.i.de leg.iii.ubi dicit Iurecõſultus ſe audiuiſ
226 ſe ruſticos † ſenes dicere,pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, & peculium
227 † appellantes,quod præſidii cauſa reponerẽtur.Nec obſtat,quod dicebat
Tol.quòd etſi à diffinitione ſumatur propria ſignificatio uocabuli, quod
ipſe non fatetur,tamẽ adhuc Bar.male loquit̃,quia ſibi contradicit,dum
dixit,quòd deficiente authoritate,& diffinitione,tunc ab etymologia ſu-
mitur propria ſignificatio,quod intelligo, niſi alluſio, ſeu deriuatio repu-
gnet diffinitioni,ut in teſtamento,ita Bar.dicit,ibi,ex quibus uerbis Bar.
uidetur innuere,quòd etiam ſtante diffinitione ſumitur propria ſignifica
tio uocabuli ab etymologia,quod tñ Bar.iam negauit.Nam dico,ꝙ Bart.
ibi hoc non dicit,uidelicet,quòd ſtante etiam diffinitione, propria ſigni-
ficatio ſumitur ab etymologia,cum dicat Bart. ibi, niſi etymologia repu-
gnet diffinitioni, & præſupponat diffinitionem, & etymologiam rei ad
eſſe,pàriter etiã præſupponit hoc caſu ſtandum potius diffinitioni, quàm
etymologiæ, & ſic non dicit ibi Bart. quod hęc ſenſit Tol.uidelicet,quòd
ſi adſit diffinitio & etymologia, quòd ſumatur ab etymologia, ſed potius
innuit,quòd ſumatur à diffinitione.

Noto ex glo.diffinitionem teſtamenti,ut hic per eam,quam diffinitionẽ

An diffinitio egeat ſuppletione.

228 tanquam defectiuam ſupplet glo.addendo uerbum cum inſtitutione hæ-
229 redis,ut euitet contrarium legati, † cum & ipſi legato ſine illa additione
competeret teſtamenti diffinitio,& in opi.glo.fuit etiam Pau.de ca.in.l.i.
ff.eo.ubi reſpondet fundamentis Bart.& aliorum tenentium contrarium,

quia

230 quia attenta illa expoſitione iuſta, id eſt, perfecta, etiam legatum † & codi-
cilli ſunt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia. Bart. tamen, & Bal. contrarium
tenent in. d. l. i. & doct. hic, quia addẽdo diffinitioni illud uerbum cum in
231 ſtitutione hæredis, eſſet redarguere Iureconſultum, † quòd neſcierit diſ-
finire teſtamentum, unde ipſi uolũt, quòd uerbum iuſta, in diffinitione po-
ſitum, exponatur pro perfecta. l. cum filio. §. fi. de lega. iii. & hoc modo uer-
bum iuſta, expoſitum pro perfecta, importabit hęredis inſtitutionem, aliàs
232 enim teſtamentum † non eſſet uoluntatis noſtræ perfecta ſententia, niſi he
redis inſtitutionem haberet, cum totius teſtamenti caput, & fundamẽtum
ſit hæredis inſtitutio. §. ante hæredis. inſtit. de leg. Nec obſtabit tenendo
hanc communem opi. Bar. id, quod dicebat Pau. in. d. l. i. quòd ſi exponere
tur iuſta, pro perfecta, nec adderetur uerbum cum inſtitutione hæredis, ta
lis diffinitio etiam legato, & codicillis competeret, quia legatum, & codi-
cilli habent in ſe perfectam ſententiam, quoniam ego reſpondeo, compro
233 bando opinio. Bar. † quòd quadruplex eſt perfectio, ut hic per Ang. nu. 6.
& Porc. hic in. iiii. col. quorũ dicta hic breuitatis cauſa referre omitto, qui
hac diuiſione perfectionis teſtamentariæ ui dẽtur reſpondere ad id, quod
Pau. dixerat, unde intelligo expoſitionem Bar. traditam in diffinitione te
ſtamenti, iuſta, id eſt, perfecta, de perfectione, quæ cõſiſtit in forma ſubſtan
tiali ipſius teſtamenti, quæ reſpicit hæredis inſtitutionem. §. ante hęredis.
234 inſti. de leg. l. fi. ff. de iure codi. † Corroboratur iſta ſolutio, quoniam uerba
in potentiori ſignificatu ſemper ſunt intelligenda. l. i. §. qui in perpetuum.
ff. ſi ager uect. uel emphi. pet. l. quis ſit fugitiuus. §. errorem. ff. de ædil. edic.
& propterea cum magis potens ſit perfectio, quæ cõſiſtit in ſubſtantia rei,
ut hæredis inſtitutio, nimirum ſi de ea perfectione intelligatur uerbũ per
fecta. Hãc ſolutionem uult hic Tol. nu. 55. duobus mediis approbare. Pri-
235 mo, quòd iſta dictio perfecta, denotet hæredis inſtitutionem, † probat ea
ratione, quoniam uerba poſita in aliqua diſpoſitione regulantur ſecũdum
naturam, & dignitatem eius, ad quem referuntur. l. plenum. §. equi uſum. ff.
de uſu, & habi. ubi licet quis habeat uſum rei, alteri eum locare non poteſt.
§. item is ad quem. ſupra de uſu, & habi. tamen ſi legetur uſus equi aurigæ,
uidetur etiam ei conceſſum ius equum locãdi, cum aurigæ ſoliti ſint equos
locare. facit etiam. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. Sed iſta dictio iu
ſta, id eſt, perfecta, poſita in diffinitione teſtamenti refertur ad teſtamentũ,
ut uerba diffinitionis ipſi diffinito competant, debet regulari ſecundum
ſolẽnitates, & perfectionẽ teſtamenti, quod requirit hæredis inſtitutionẽ.
236 Iſtud non obſtat, quia hoc attento, dicendum eſſet, † quòd teſtamentum
237 declararet ſuã diffinitionem, † non autem diffinitio teſtamenti demonſtra
ret ſubſtantiam ipſius diffiniti, prout fieri debet glo. in. l. omnis diffinitio.
238 ff. de reg. iur. † Nam abſurdum eſſet noſcere prius teſtamenti requiſita, &
poſtea eius diffinitionem, quoniam cum ſcimus teſtamẽti requiſita, fruſtra

Bar. opi. & aliorũ

Tollitur quędam obiectio Pauli.

Bar. opi. comprobatur.

Duæ corroboratiões To. ad cõem opi. nouiter tollũtur.

nobis ſeruiret teſtamenti diffinitio.

Conatur ſecũdo modo approbare opi. Bar. Tol. hic nu. 56. nam dicit ipſe quòd dictio perfecta, in hac diffinitione poſita, denotat hęredis inſtitutionem, demonſtratur, quia ſine hæredis inſtitutione teſtamentum non eſſet perfectum, cum ipſa caput, & fundamentum ſit teſtamēti. Ad iſtud reſponderem, quod per uerbum iuſta, neceſſario non comprehēditur hęredis inſtitutio, prout deberet, ſed ueriſimiliter, unde ſequitur, quòd Iurecõſultus non bene diffiniuit. Et ideo propter reſponſiones prædictas non tantum uidentur ſublata, quæ Tol. dicebat ad corroborationem Bar. ſed etiam ſatis uidetur fundata contraria opi. glo. quoniam ſecundum Bar. iuſta, capitur pro perfecta, hoc eſt, ut hæredis inſtitutionem comprehendat propter teſtamentum, quod eam neceſſario requirit, unde teſtamentum declararet diffinitionem, non diffinitio teſtamentum, ut ſupra dixi, & ex hoc ſubuertitur omne fundamentum Bar.

Opi. gl. approbatur.

Vnde licet alio tempore tenuerim opi. Bart. melior tamen mihi uidetur in præſenti opi. glo. Nec obſtat, quòd ſequeretur, quòd Iureconſultus Vl-
239 pianus in d. l. i. neſcierit diffinire teſtamentum, quoniam hoc non dico, ſed ut idem Vlpianus dixit in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. † quia omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt, parum enim eſt, ut ſubuerti non poſſit, ex his uerbis uidetur colligi, quòd diffinitio teſtamenti per eum tradita non conuertatur. Contra opinionem eiuſdem Barto. aliud quoque uidetur obſtare, quoniam ſi uerbum iuſta, capitur pro perfecta, & uerba in potentiori ſignificatu ſunt intelligēda, ut ſupra dixi, uidetur hic
240 diffiniri tantum teſtamentum pagani, non teſtamentum † militis iure militari conditum, uel teſtamentum pagani conditum inter liberos, quod eſt imperfectum. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. & in auct. de teſta. imperfec. & tamen ibi diffinitur ne dum teſtamētum pagani, ſed etiã militis, & aliud teſtamentum imperfectum, quod de iure poteſt ſubſiſtere.

Sed reſponderi poteſt, quòd cum duplex ſit perfectio, ſeu ſolennitas, una
241 extrinſeca, † quæ legum diligentia appellatur, quæ circa teſtes, & alia re-
242 quiritur, † alia intrinſeca, quæ circa uoluntatem uertitur, & hæredis inſtitutionem, & teſtamentum militis, & pagani inter liberos quantum ad ſolennitatem, & perfectionem intrinſecam ſit ita perfectum, ſicut teſtamentum pagani, ita iſta diffinitio comprehendet teſtamentum militis, ſicut pagani, dato quòd uerbum iuſta, exponatur pro perfecta, & uerba in poten-
243 tiori ſignificatu ſint intelligenda, † cum potentior ſit ſolennitas uoluntatis, quàm teſtium, ut pulchre Iaſ. hic in fin. uerbis dicit circa perfectionem
244 extrinſecam, & intrinſecam. Adde quòd † teſtamētum imperfectum inter liberos conditum dicitur permanere in puris terminis iuris gentiũ. Doc. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. eo. & propterea poſſet etiam dici, q. d. l. i. tale teſtamentum imperfectum non diffiniat.

Etſi Tol. hic nu. 58. inſurgat contra utranque opinionem, non tantũ Bar- Vtraque opi. a Tol. improbatur.
ſed etiam glo. quam ſupra tenui, & dicat, quòd etiam ſi addantur uerba in
diffinitione cum inſtitutione hæredis, nihilominus non euitat, quia non
245 competat etiam legato, & ſic non bona. † Nam tempore, quo diffinitũ fuit
teſtamentum, legata niſi in teſtamento fieri poterant. infra de fideicõ. hæ-
red. §. præterea. infra de lega. §. ii. & ſic cum ad deductionem legati neceſ-
ſaria eſſet hæredis inſtitutio, non propterea deſinet, quo minus iſta teſta-
menti diffinitio non competat etiam legato. Reſpõdet Tol. quòd etſi do-
cto. dicant, quòd etiam legato cõpetat teſtamenti diffinitio, cum legatum
ſit uoluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, qđ quis poſt mortẽ fieri uoluit.
246 per tex. in. l. legatum. de leg. ii. † Negandum tamẽ eſt hoc præſuppoſitum
cum in tribus locis, in quibus traditur legati diffinitio diſcrepet à diffini
tione teſtamenti tam in ſenſu, quàm in uerbis. Nam uerbum de eo, in diffi-
nitione teſtamẽti poſitum, debet intelligi de eo, ſcilicet, de hæreditate, uel
legato, uel fideicommiſſo, unde teſtamentum eſt uoluntatis noſtræ, &c. quæ
uoluntas refertur ad id, quod poſt mortem noſtram fieri uolumus, ut ſi uo-
luero hęreditatem dare, uel legatum, uel quid aliud. Quæ reſpõſio iudicio
meo non tollit argumentum quod erat ad confectionem legati, quin neceſ
ſario requiratur tempore digeſtorum hęredis inſtitutio, imo ſua reſponſio
hoc argumentum confirmat.

Ego igitur ita reſponderem argu. Tol. uidelicet, quòd falſum eſt, quòd Tollitur Tol. impba. nouiter.
eo tempore, quo fuit diffinitum teſtamentum, & ſic de iure digeſtorum le-
247 gata non poſſent fieri, niſi in teſtamẽto. † Nam etiam de iure digeſtorum
legata ab inteſtato relinqui poterant, ut probatur. l. i. de leg. i. eſt text. in. l.
fi. & l. quidam. ff. de iure codi. & hoc etiam dicit glo. in. d. §. præterea. Vn-
de illud, quod dicit Tol. quòd legata, niſi in teſtamento fieri non poterãt,
habebat locum de iure antiquiſſimo ante tempora digeſtorum, & ſic ante
diffinitionem. d. l. i. ff. de teſta. nam tunc Tol. argumentũ procederet, ſi pro
baret, quòd de iure digeſtorum legata niſi in teſtamẽto non poſſent relin-
qui, quod tamen eſt falſum, per tex. in. d. l. i. ff. de leg. i. & ibi communiter o-
mnes doctores, & alia iura iam iam per me allegata.

Non obſtat, quòd in diffinitione legati legatum ueniat ab hærede præ- Tollitur aliud.
ſtandum, quia per hoc neceſſario non ſequitur, quòd legatum niſi in teſta-
248 mento fieri non poſſet, cum uerbum ab hærede † generale, ſit aptum com-
prehendere & hæredem ex teſtamento, & hæredem ab inteſtato. ſupra tit.
249 proxi. §. fi. Comprobatur hoc, quia in diffinitione legati dicitur, † legatũ
eſt donatio quędam à defuncto relicta, &c. quo caſu ſi noluiſſet legatũ non
poſſe dari niſi ex teſtamento, non dixiſſet à defuncto, quod eſt uerbum ge-
nerale, ſed dixiſſet à teſtatore, unde clare patet, ꝙ ex diffinitione illa non
250 probatur, legatum niſi in teſtamento fieri poſſe, † quoniam nõ probat hoc
eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. neque natales. C. de prob. quod tamen

hic uolebat ex illa diffinitione probari.

Glo.ſed ut.

Glo.in uerbo ſed ut,in duas particulas diuiditur. In prima pro compro
batione tex.noſtri alleg.tex.ſimilem.In ſecunda arguit contra tex.& nõ ſol
uit.Secunda ibi,argu.contra. Pro expeditione primæ partis quæro an ſit
lex,qua mediante tex.noſter,& eius ratio comprobari poſſit, & glo.reſpon
det quòd ſic,allegando tex.in.§.& cum triplici.l.unicæ.C.de cad.tol.Pro
expeditione ſecundæ partis quæro,an hoc ſimpliciter procedat,& reſpon
det glo.quòd eſt text.in contrarium in.§.in pro non ſcrip.nec aliter ſoluit.

Ange.& Fab.ſol.ad cõtrarium gl.

Pro ſolutione doct.ut Ang.hic col.iii.& Faber hic dicebant tex.noſtrum
eo caſu procedere, quo prolixum non eſt ius antiquum, & eo caſu, quo ius
antiquum ad declarationem noui iuris ſit neceſſarium, ut exẽplum poſſet
eſſe in.l.gallus.nã ſine cognitione antiqui iuris impoſſibile eſſet ſcire,qua-
re à Gallo Aquilio prouiſio illa facta fuerit, & à Iulio Velleio primũm &
ſecundum caput.de quo.§.nunc de lege.& à Iuliano in.§.ille caſus. Si uero
ius antiquum prolixum eſſet,illud non eſſet ſciendum, & ita cõtrarium in
glo.allegatum procedat.Iſta tamen ſolutio etſi communiter recepta ſit, ui
detur tamen eſſe contra text.noſtrum ibi, ſed ut nihil antiquitatis penitus
251 ignoretur,&c.quæ uerba uniuerſalia uidentur probare, † quòd nec etiam

Baua.ſolutio,

prolixitas iuris antiqui debet ignorari.Aliter ſoluit Baua.hic in.xii.colũ.
252 uidelicet, † quòd aut Imperator, aut Iureconſultus refert nobis ius anti-
quum,& tunc eius relationi eſt ſtandum, nec amplius debemus reuoluere
ius antiquum propter eius intelligẽtiam,& ita procedit tex.in.d.§.in pro
non ſcriptis.ubi uidetur probari,quòd ideo Imperator nobis retulit capi
ta legis papiæ,& iuris antiqui,ne pro ſcientia illorum capitum iura anti-
253 qua,ſeu prolixitatem antiquorum reuoluamus, † aut Imperator,uel Iure-
conſultus non facit nobis mentionem iuris antiqui,& tunc poſſimus reuol
uere antiqua iura pro eorum intelligentia, & ita procedit glo.in.l.i.ff.de
emancipatio.libero.& text.noſter hic,& ita formaliter uidetur dicere tex.
d.§.in pro non ſcripto.ubi uidetur uelle, quòd ſi Imperator non retuliſſet
nobis ius antiquum,fuiſſet nobis neceſſarium reuoluere iura antiqua pro

Tol.contrarium nõ bene percepit. Intel.Baua.ad.§.in ꝓ non ſcriptis.

eorum intelligentia.Tol.hic nu.60.contrarium non bene ſoluit,quia uide
tur neque text.neque docto.intellexiſſe,cum non.§.in pro non ſcriptis.per
glo.alleg.ſed.§.i.allegat,qui non facit ad propoſitũ.Vnum tamen nõ omit
tam,quod ipſe Baua.circa hanc ſolutionem dicit,uidelicet,quòd Impera-
tor in.d.§.in pro non ſcriptis.ideo legem papiam,& ius antiquum retulit,
ne nobis eſſet neceſſarium pro eorum intelligentia iura antiqua reuolue-
re,& ſic illius tex.mens ſit,quòd ſi Imperator nobis ius antiquum non retu

Intel.Baua.reprobatur,& nouꝰ datur.

liſſet,fuiſſet nobis neceſſarium reuoluere iura antiqua pro eorũ intelligen
tia.Qui tamẽ intellectus uidetur mihi,quòd iſtam neceſſitatem reuoluen
di iura antiqua non inducat,etiam quod id nõ fuiſſet relatum,& hoc ea ra
254 tione,quia ibi uidentur quædam uerba enunciatiua † minime diſponen-

tia,

tia, quæ neque negant, neque affirmant, prolixitatem iuris antiqui ſciendam, cum dicatur ibi, Aliqua in noui iuris compoſitione ſpecialiter enumerari iuſſimus, ne quis ueteris iuris prolixitatem quaſi rebus neceſſariã, uel pro earum ſcientia reſoluat. Et hæc ſufficiant, quoad impugnandum intellectum Baua. ad illum. §. in pro non ſcriptis. Præterea non uidetur poſſe procedere ſupradicta ſolutio ſua, dum dicit, quòd ſi Imperator uel Iureconſulti non facerent nobis mentionem iuris antiqui, tunc reuoluere poſſimus antiqua iura pro eorũ intelligentia, & ita (dicit ipſe) procedat tex.
255 noſter, qui tamen probat contrarium, † cum hic Imperator nos hortatur ſcire ius antiquum, & tamen de ipſo iure antiquo mentionem habet.

Vnde ego alio modo ſoluerem contrarium ſecundum intellectum ſupra per me traditum ad. d. §. impugnãdo intellectum Baua. uidelicet, quòd in d. §. in pro non ſcriptis non dicitur prolixitatem iuris ſciendam, nec quando eſt tranſlata in nouam compilationem, nec quando non, ut hic uolebat Baua. ſed dicit ille tex. quòd tranſlatum fuit ſpecialiter aliquid iuris antiqui in nouam compilationem, ut nos alleuiaret ab illo labore reuoluendi prolixitatem iuris antiqui. Vnde uerba enunciatiua uidentur, quæ minime negant prolixitatem ſciendam, uel non ſciẽdam, cum ibi dicatur, quòd antiqui iuris prolixitas non eſt rebus neceſſaria, quæ ſi neceſſaria non eſt, ergo illa haberi, & omitti poteſt. Ex nouo meo intellectu noua datur ſolu.

Vel ſolue, ut hic etiam ſentit Tol. quòd illa antiqua iura, quæ in noui iuris compoſitione ſpecialiter enumerari iuſſit Imperator, illa ſeruãtur. Ideo nimirum ſi illud ius antiquum eſt ſciendũ. Vnde arg. d. §. in pro non ſcriptis, ab Accurſio non fuit aliter reſponſum, quaſi non contrarius, imo concordans cum tex. noſtro.

256 Colligo ergo ex iſta glo. iuncto etiam tex. † quòd bonum eſt ſcire ius antiquum, licet ſit correctum, ut ſciamus rationem, & cauſam correctionis, Ius antiquum & correctũ poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.
257 † idq; ad cauſarum deciſionem allegari poteſt, dum tamen ad caſum correctum non allegetur, ita communiter tenent docto. hic. Quod ego ualidiſſimo fundamento comprobo per tex. in. §. ſed neque hæres. uerſi. licet, ibi ad imitationem priſtini familiæ emptoris, &c. ubi ad ſimilitudinem familiæ emptoris, qui olim loco hæredis erat, & teſtis eſſe non poterat in teſtamen
258 to antiquo per æs & libram, fuit hodie deciſum, † quòd nec ipſi hæredes, qui hodie inſtituuntur, non poſſint eſſe teſtes. Et tamen teſtamentum per æs & libram cum ſua obſeruatione eſt hodie ſublatum, ut in hoc tex. noſtro probatur, ibi, quòd per æs & libram fiebat. &c. Et cum iſta communi opin. fuit etiam glo. in. l. i. ff. de coniun. cum eman. lib. ubi leges correctæ, licet ad caſum correctum allegari non poſſint, earum tamen rationes ad cauſarum deciſionem allegari poſſunt. Quam concluſionem dicit Baua. hic col. ii. ſeptem tantummodo procedere modis, ut hic per eum late.

Tribus urgentiſſimis fundamentis utitur Tol. hic nu. 12. contra iſtã com- Tria argu. Tol. cõtra cõmunem.

259 munem ſententiam. Et primo per.l.fi.ff,ad leg.cor,de fal. ubi † ſiquis falſis
conſtitutionibus utatur lege cor.aqua,& igni interdicitur .Sed nulli du-
260 bium eſt,† quòd id,quod correctum eſt,falſum eſt,ergo lege correcta quis
261 non poteſt uti. † Secundo ibi,lex correcta non poteſt allegari ad id, quod
262 principaliter in ipſa diſpoſitum eſt,ut omnes fatentur, † multo minus po-
terit allegari ad caſum ſimilem.arg.l.in teſtamento.ff.de condi.& demon.
263 Tertio omnium eſt opinio,ut per Bar.in.l.ambiguo.ff,de reb.dub.† quod
quando lex eſt dubia habens plures intellectus non poteſt allegari ad de-
ciſionem cauſarum.Ratio huius dicti potuit eſſe,quoniam quòd pluribus
modis intelligitur,æquiuocum eſt,& communiter ignoratur.Bal.c.i.§.die
in prin.de pa.con.in uſib.feud.& tex.& ibi no.in.l.quotiens.de uerb.oblig.
& idem Bal.l.i.in fi.C.de bo.poſ.ſecundum tab. Si lex dubia non poteſt al
legari ad deciſionem cauſarum,ergo minus quãdo lex eſt correcta . Qui-
bus ego reſpondeo,

Primũ ſollitur,

Ad primum,quòd ideo lex falſa non poteſt allegari, quoniam falſa dici-
tur quãtum ad omnia.Correcta uero poteſt, quia poteſt haberi falſa quan
tum ad caſum correctum,ſecus uero quãtum ad alios caſus ſimiles, quibus
ipſa lex faceret in argumentum, & in ſui ratione,

Secũdũ ſollitur,

Ad ſecundum non reſpondeo,quia eſt falſum ſuum præſuppoſitum, nam
lex correcta quantum ad caſum correctum eſt ſublata, & etiam eius ratio,
ſed quantum ad alios caſus ſimiles adhuc extat eius ratio, quæ ad ſimiles
caſus poteſt allegari,

Tertiũ ſollitur,

264 Ad tertium reſpondeo, † quia eſt ratio diuerſitatis inter ambiguam le-
gem,& correctam,nam ambigua nullum habet intellectum, nec ad caſum,
ad quem allegatur,nec ad alios. Correcta uero lege eius ratio durat,quæ
poteſt in arg.allegari ad deciſionem noui iuris.glo. in.c.nouit. de iudi.in
uerbo quæcunque,

Gl.in.l.i, C.de la. lib.tol.tenet contrarium, ꝙ tenet gl. in.l.i. ff. de cõ. cũ emá, libe.

Aliud uero dixit glo,in.l.i,C.de lati,lib,tol,uerbo imaginem, ſcilicet,ꝙ
iura correcta non poſſunt allegari. Pro harum gloſarum concordantia di
265 cebat Bar,in.l.fi.ff.de fal. † Aut leges correctæ ſunt inſertæ in corpore iu-
ris,& tunc licitũ eſt ex eis ſumere argu.& ita procedat glo.in,d.l,i,in prin,
ff.de coniun.cum eman.lib.Aut non ſunt inſertæ, & tunc procedat opinio
gl.in.d.l.unica.C.de lati,lib,tol,Et iſta eſt communis ſolutio, quam tradit
Chriſtopho.hic nu.5.& ferè omnes doct.& Bar,etiam hanc ſolutionem tra
dit in.d.l.i.ff.de coniun.cum eman.lib,

Tol, ſol,

Aliam ſolutionem,ſeu concordantiam,tradit hic Tol.in.iii.coll.nu.23.di
266 ſtinguens, † aut lex expreſſe ab alia corrigitur, & tũc non poteſt ſumi arg,
267 & procedat glo.C.de lati.liber.tol, † aut lex non eſt expreſſe,& de directo
correcta,ſed ceſſat ex diſpoſitione alterius legis nouæ, & tunc licitum eſt
ſumere arg.ita procedat glo.in.d.l.i.ff,de coniung. cum eman.lib. quæ lex
non eſt correcta expreſſe,ſed tacite per auth.de hæredi.ab inteſta.ut clare

hic dicit Tol. qui contra cõcordiam, ſeu ſolutionem iſtarum gloſarum tra-
ditam per Bar. aliqua adducit hic nu. 7. Et primo dicit nullam eſſe diuer-
ſitatis rationem inter iura correcta clauſa, uel non clauſa. Præterea ultra il
lud fundamentum, quod facit de actu non requirente ſcripturam de ſub-
ſtantia, ſicut eſt lex. l. humanum, & ibi Bart. C. de leg. ita ualet cum ſcriptu-
ra ſicut ſine. l. contrahitur. ff. de pigno. l. ſi, C. de donati. cau. mor. Adducit
etiam, quòd talis ſolutio eſt falſa, quia eſt contra tex. noſtrum, ut hic per eũ,
qui etiam ulterius dicit, quòd talis ſolutio Bart. non poteſt accommodari
268 ad concordiam dictarum gloſarum, † quia antiqua diſpoſitio legis loquen
tis de lat. lib. eſt conſcripta, & de ea fit mentio in plurimis locis, ut infra de
ſuc. lib. §. fi. & d. l. i. C. de lat. lib. tol. & tamen uult Bar. quòd tunc poſſit alle-
gari, quod tamen eſt contra dictam glo. C. de lati. — Tol. contra ſolu. Bar.

Mihi autem uidetur plures rationes diuerſitatis poſſe aſſignari. Prima,
269 † quia leges exiſtentes extra corpus iuris non ſunt leges, † ſed inſertæ in
270 corpore ſunt leges, licet ſint correctæ, C. de emend. cod. dom. Iuſti. l. unica.
§. pen. Secunda ratio diuerſitatis eſt, quia leges non inſertę in corpore nõ
poſſunt allegari, cum non ſint, neq; poſſunt inueniri. Tertia eſt ratio, quia
271 eſt. §. quibus. i. conſt. C. † ubi nihil inutile, & perperam, ergo ſi leges corre
ctæ ſunt incluſæ in corpore, debent eſſe alicuius utilitatis, quæ nulla alia eſ
ſe poteſt, niſi ad declarationem noui iuris, uel ad rationem, uel cauſam cor
rectionis habendam, ſed illæ, quæ non ſunt in corpore clauſę, ſunt omnino
inutiles, quia ſi fuiſſent utiles ad aliquid, excluſæ non fuiſſent per text. no-
ſtrum hic, & per hoc uidetur etiam ſublatum ſecundum fundamentum de
actu, &c. Nec obſtat, quòd contra ſolutionem Bar. adducebat Tol. tex. nõ
ſtrum, quia hoc negatur, imo probat opinionem Bart. & facit contra Tol.
Nec obſtat, quòd contra iſtam ſolutionem poſtremo dicebat Tol. quòd
non poterat accõmodari talis ſolutio, quia latina libertas antiqua eſt con
ſcripta in lege noua, ut infra de ſucceſſ. liber. d. l. i. quoniam reſpõdeo, quòd
eſt differentia, an lex ſit cõſcripta de per ſe, an de ea mẽtio ſit facta, ut in ca
ſu noſtro, d. l. i. Nam nullibi reperietur lex antiqua, quę de per ſe tractet ſta
tus libertinorum lati, ſpecifice, unde habemus ſaluatam opi. Bar. ab impu
gnationibus Tol. — Defenditur Bar.

Nec obſtat id, quòd dicebat Tol. ad cõcordiam dictarum gl. uidelicet,
quòd quando lex corrigens facit mentionem de lege correcta, tunc nõ eſt
licitum allegare leges correctas, & ita procedat glo. in. d. l. i. C. de lati. lib.
272 † quoniam dico parem eſſe uirtutem tacite, & expreſſe. l. cum quid. ff. ſi cer.
273 pet. † imo ſæpe plus tacitum, quàm expreſſum operatur, & eſt tex. not. in. l.
274 filius. §. ueterani. ff. de procu. † ubi miles conſentiente aduerſario expreſ-
275 ſe non poteſt eſſe procurator, † aduerſario uero tacente poterit eſſe procu
rator, optime facit tex. in. l. ſi unus. §. illud. ff. de pac. & l. actus. ff. de reg. iur.
Glo. in. l. imperatores. ff. de pac. contra ſolutionem Tol. ut arbitror, facit, — Tol. ſol. tollitur.

quia eo caſu,quo lex tacite eſt correcta, ideſt, quia eius ratio à lege noua
eſt correcta,ut ipſe hic clare dicit,dando exẽplum in tit. de coniung.cum
eman.tali caſu ne dum ſola ratio,ſed etiam lex uidetur correcta,uulg.regu
276 la † correcta ratione legis,& ipſa lex cenſetur correcta. † Sed quando lex
277 expreſſe corrigitur,ſolum lex,& non eius ratio cẽſetur correcta.gl.c.nouit
uerbo quæcunque,de iudi.Si ergo uult Tol.quòd quãdo tacite lex eſt cor
recta,quo caſu lex,& eius ratio eſt correcta,poſſit allegari,lõge magis cum
expreſſe,cum eo caſu lex tantum,& non eius ratio eſt correcta,quod tamen
ipſe negauit.Et iſtud argu.poſſet adduci ad probandum,quòd leges cor-
rectæ poſſunt allegari eo caſu,quo lex tacite,uel expreſſe eſſet correcta,ma
xime,cum non allegetur ad caſum correctum.

Facit ſecundo contra opi.Tol.id quod ipſe contra ſolu.Bar.ſupradixit,
Tollitur Tol.ſed alio mõ.
uidelicet,quod lex correcta poteſt allegari hac ſola ratione, quia eſt corre
cta,non autẽ quia expreſſe,uel tacite,licet ipſe Tol.hoc dicat contra Bart.
qui tenuit,quòd aut lex eſt conſcripta,uel non conſcripta,quamuis ad hoc
reſponſum mõ dederim ſupra in uerſi.mihi autem uidetur,& quòd non ſit
Tollitur alio.
uera ſolutio,patet,quia ratio diuerſa reddi nõ poteſt,quoniam ita dicitur
lex correcta,tam quæ tacite eſt correcta,q̃ quæ expreſſe, unde ratione cor
rectionis,& etiam, quia non conſcripta eſt de per ſe, uidetur non poſſe
allegari,& quod dicit Tol.procederet quando diuerſa ratio poſſet reddi
278 inter legem tacite correctam,uel expreſſe.† Nec obſtat,quòd plus opera-
tur directa diſpoſitio,quàm obliqua,& tacita.glo.c.cum acceſſiſſet. uerbo
279 cum tractauerit.de conſti.quam hic Tol.allegat, quia reſpondeo, † quòd
directe fieri non poteſt,nec per obliquum admittitur.l.quæ ſub conditio-
ne.§.ſiquis.ff.de condi.inſtit. Et per iſta ſatis uidetur confutata ſolu.Tol.

Quamuis eſſent aliqui,qui hanc ſuam ſolutionem alia ratione tollebant,
Alij alio mõ tol-lunt ſol.
uidelicet,quòd falſum erat,quòd diſpoſitio antiquiſſima.l.lati.lib.eſſet cor
recta expreſſe,quoniam (dicebant ipſi) imo tacite,& per ſimilitudinem
dedititiæ libertatis iam antea expreſſe ſublatæ,ut probatur in.d.l.i.C.de
lati.liber.tol.

Ad horum opi.ego reſpondeo,eos dicere contra text.in.§.libertinorum.
Tollitur hęc ſolu.
280 inſti.de liber.ubi Imperator dicit, † quòd duabus conſtitutionibus emen
dauit conditionem deditiorum, & latinorum.Præterea magis clare pau-
lo poſt hoc idem dicit tex.ibi.Latinos autem Iunianos,& omnem, quæ cir
ca eos fuerat,obſeruantiam,alia conſtitutione per eiuſdem quæſtoris ſug-
geſtionẽ correximus,quæ inter Imperiales radiat ſanctiones. Nec obſtat
d.l.i.quia etſi per ſimilitudinem dedititiæ libertatis ſit correcta latina li-
bertas,per hoc non ſequitur,quòd tacite ſit correcta, quod etiam proba-
tur ex rub.illa.C.de lat.lib.tol.quæ rub.eſt eodem modo poſita, quo etiam
præcedens rub.de dedit.lib.tol.de qua nemini dubium eſt,quòd expreſſe
ſit correcta,ut ea.l.dicitur,C.de dedi.liber.tol. Contra concluſionem glo.

quam

quam hic doct.colligunt,uidelicet,quòd licitum ſit allegare leges corre-
ctas eo modo,ut ſupra fuir dictum,facir rex.in.§.fi.infra de inter d.l.unica.
C.de lati.lib.tol.in fi.quæ etiam contraria, ex ſupradictis ſatis ſublata eſ-
ſe uidentur.

Glo.calatis comitiis diuiditur in tres partes.In prima uno modo tex.de Glo.calatis comiciis.
clarat.In ſecunda alio modo.In tertia ex ſecunda declaratione facit unam
illationem.Secunda ibi,uel à calo. Tertia ibi,unde.Colligitur ex iſta glo.
281 † quòd calatis comitiis dicitur,quia bonis initiis. Circa quam concluſio-
nem ego aliter non inſiſtam,quia cum glo.tranſeat ad aliam declarationẽ
282 primam uidetur reprobare, iuxta illud,quod dicit glo. † in.l.qui filium.§.
ſabinum.ff.ad treb. Et ita ego etiam reprobo,in hoc,uidelicet, quòd teſta
mentum calatis comitiis dicatur,quòd bonis initiis. Secunda eſt conclu-
283 ſio,quòd teſtamentum calatis comiriis dictum ſit à calo, † quod eſt uoco.
284 Tertia eſt concluſio,quòd à conuocatione perſonarum † dictæ ſint Calen
dæ,ut eſt glo.in.l.cum biſextus.ff.de uerbo.ſigni.& late per Io.de Imo.in.l.
cum qui calendis.in prin.ff.de uerbo.oblig.

Circa iſtud uerbum Calendæ,& ea,quæ ad illud ſpectare uidẽtur,ut mo Plura circa uerbũ calendę.
rem gerã Imp.noſtro hic,ur nihil antiquitatis,&c.impetrata uenia,aliqua
circa antiquiſſimos rirus,quos uariis in locis adinueni, literis mandabo.
285 Traditur enim ab Andrea Alciato in.d.l.cum biſexrus, † quòd Romani
ueteres inſtitutum habebant à Romulo annum decem menſium eſſe, qui Ann°.x. mẽſium.
286 CCCIIII. dierum erat, † & ob id annum decem menſium conſtituebãt,
quia tunc erat in magno honore talis numerus, ut ſuis carminibus ratio-
nes aſſignat Ouid.III.Faſto.

Annus erat,decimum cum Luna receperat orbem.
Hic numeris magno tunc in honore fuit. Ouid. carmina
Seu quia tòt digiti,per quos numerare ſolemus,
Seu quia bis quino fœmina menſe parit.
Seu quia ad uſque decem numero creſcenre uenitur,
Principium ſpaciis ſumitur inde nouis.

287 † Incipiebantq; annum à Martio menſe,qui ſic appellabatur quia ob reuẽ Annus a Martio Icipiebat
rentiam Martis ſtatutus erat,cuius anni ratio,ſeu conſtitutio, cum neque
288 ſolis,neque Lunæ curſui conueniret.† Numa Pompilius duos menſes ad- Numa, Põpilii, mẽ ſes addidit.
didir,uidelicet,Ianuarium, & Februarium, atque ita dies diſtribuit, † ut
289 omnino annus eſſet CCCLV.dierum. Sed quoniam nec hæc conſtitu
tio conueniebat, † neceſſario intercalaris menſis eſt conſtirutus,ideſt,men Mẽſis intercalaris.
290 ſis inrerpoſitus Pontificum arbitratu, alternis annis, modo XX. dies,
291 modo XXIIII. intercalabanr,† isq; menſis prope finem Februarii,qui
292 ultimus anni erat,inſerebatᷣ.† Sed cũ nec iſte modus Solis curſui conueni
293 rer C.Iulius Cęſar decem dies addidit,† intercalaremq; menſem ſuſtulit. C.Iu.Cęſar.x dies addidit.
Et quoniam Solis curſus quadranrem,ideſt,ſex horas ſingulo anno occu-

pabat,eueniebat,quòd ſingulis quadrienniis alius naturalis dies.xxiiii.
294 horarum eſſet additus. † Idem C.Iulius Cæſar ſingulis quadriẽniis diem
Biſextus. inſeruit,qui biſextus appellatur, intercalatur enim, ideſt, uocato populo,
295 inſeritur,& ſupra numerum additur. † Biſextus, ut etiam Antianus Mar-
Biſextus Roman. infauſtus. 296 cellinus lib.xxv.tradidit,Romanis rebus infauſtus,& ater erat. † Hic an-
nus quatuor principales habet partes. Ver, Æſtatem, Autumnum, atque
Annus quatuor hẽt partes. 297 Hyemem. † Ver,ut Auſonius opinatur,continet Martium,Aprilem,Ma-
298 ium. † Æſtatis menſes ſunt,Iunius,Iulius, Auguſtus. † Autumni Septem
299 ber,October,Nouember. † Hyemis,December,Ianuarius, Februarius.
Auſonii carmina 300 Auſo. Æternos menſes,& tempora quattuor anni,

Quattuor iſta tibi ſubiecta monaſtica dicent.
Martius,Aprilis,Maius,ſunt tempora Veris,
Iulius,Auguſtus, necnon & Iunius Æſtas.

pythagoræ comparatio. 301 † Pythagoras comparabat pueros tempori Veris, adoleſcentes Æſtati,
302 † iuuenes Autumno, † ſenes Hyemi. Ouid.lib.XV. Metam.
Oui.carmina. 303

Quid? non in ſpecies ſecedere quattuor annum
Aſpicis,ætatis peragentem imitamina noſtræ?
Nam tener,& lactens,puerique ſimilimus æuo,
Vere nouo eſt,tunc herba uirens,& roboris expers. &c.

Temporum proprietas. 304 † Ver,hyemis uigorem mitigat,ſpoliatas arbores induit,terræ ſuum re-
ſtituit uigorem,hortis ſuos flores,& uiolas,hinc utile ſyluis odoriferum,&
305 purpureum uocatur à Virgilio. † Æſtas enatas iam fruges,& latentes cul
306 mos calore ſuo concoquit,& maturat. † Autumnus maturos fructus colli-
git,morbis eſt obnoxius propter corruptiones, & putrefactiones,uinifer,
pomifer,frugifer,quatuor tempora anni egregie ſcribit Virg. Georg.

Mẽſis diuiſio. 307 † Diuiditur menſis in Calendas, Nonas,& Idus. † Calendarum, pri-
308 mus eſt dies menſis,tunc enim Pontifex calato, ideſt, uocato populo pro-
nunciabat,quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent, nam calo Græce
idem eſt,quod uoco.

Marti', Maius, Iunius, & October, habent ſex nonas,reliqui uero quatuor 309 † Dies autem Nonarum poſt primum diem Calendarum, aliqui menſes,
ut Martius,October, Iunius,& Maius, habent ſex alii habent quatu-
or dies Nonarum,& ſemper incipimus à maiori numero, ut die.ii. Mar-
tii,qui habet ſex Nonas, dicemus ſexto nonas Martii.iii.die. V.nonas
Martii.Et die.ii.mẽſis Auguſti,qui habet quatuor nonas, dicemus quar-
310 to nonas Auguſti. † Menſes autem omnes habent octo dies iduum, unde
in menſe Martio eius dies octauus dicetur.viii.idus Martii,& die ſexta
Auguſti dicemus octauo idus Auguſti,unde carmina traduntur.
311 † Nonarum autẽ die Populum oportebat in urbem Romanam conflue-
re,ut addiſcerent quid eo menſe in diuinis,humaniſque rebus faciendum eſ
Idus unde dicantur. 312 ſet. † Idus uero ab Hetruſco ſermone dicuntur, † apud quos iduare eſt di
313 uidere,is autem dies menſem diuidit,nam eo elapſo computamus dierum

numerum, quatenus à ſequentibus Calendis diſtat, ſemper incipiendo à
maiori numero, ita ut etiam in Nonis. Additum fuiſſe à C. Iulio Cæſare
in diuerſis authoribus inuenio, quòd ipſe annum ſolari curſui ordinauit,
314 † eumq́ ex decem partibus conſtare uoluit, uidelicet, menſibus, hebdoma-
dis, diebus, quadrantibus, horis, punctis, minutis, momentis, ſeu minutis,
315 unciis, & atomis. † Menſis quatuor hebdomadas, & paulo plus diei habet,
316 † Hebdomada ſeptem dies, † Dies quatuor quadrantes, ideſt, quatuor
317 partes diei habet, † Quadrans ſex horas continet, † Hora quatuor pun-
318 ctos, Punctus decem minuta, Minuta duodecim uncias, Vncia .xlvii. ato-
319 mos, † Atomum corpus, ſeu numerus indiuiſibilis diminutiſſimum corpus,
ut eſt, quod in radio Solis inſpicimus, & ita Atomus momentum indiuiſi-
bile à græco ſermone. Annus enim menſes .xii. hebdomadas quinquagin-
320 ta, & unum diem, † ita quòd totius anni reuolutio CCCLXV. diebus
321 conficitur. † Nam harum dierum, & horarum termino Sol totum Zodia-
322 cum ambit. † Iſti XII. menſes, ex quibus annus conſtat, à uariis Deis, ſeu
323 ab effectibus nomina ſua ſumpſerunt. † Martius à Marte Vrbis autho-
324 re, † Aprilis, ab aperiendo, ut Varro opinatur, quòd tunc clauſtra naſcen
di aperiat natura, uel ab aphrodite Venere, ut Cenſorinus ait, quòd Ro-
325 mani ſuam à Venere duxerunt originem, † Maius à maioribus, & ſeni-
326 nibus, † Iunius à iuuenibus, uel à Iunone, cui eo menſe maximi honores
327 exhibebantur, † Iulius prius dicebatur Quintilis, quod quintus in ordi-
328 ne eſſet, † ut etiam Auguſtus Sextilis, cum decem tãtum haberet menſes,
329 † Tandem mutato nomine dicti ſunt Iulius, & Auguſtus in honorem duo
330 rum primorum Imperatorum. † Septemb. Octob. Nouemb. Decemb. no
mina ſua traxerunt ab ordine, quem prius habebãt, cum decimeſtius eſſet
annus, de quibus Ouid. Faſt. lib. I. ait.

Annus ex decẽ partibus cõſtat.

Menſes unde ſua nomina ſumpſere.

Martis erat primus menſis, Venerisq́ ſecundus,
Hæc generis princeps, ipſius ille pater.
Tertius à ſenibus, iuuenum de nomine quartus,
Quæ ſequitur numero turba notata fuit.
At Numa, nec Ianum, nec auitas præterit umbras,
Menſibus antiquis præpoſuitq́ duos.

Oui. carmina.

331 † Ianuarius additus à Iano, Februarius à februis, ideſt, purgatoriis qui-
332 buſdam ſacrificiis, † nam februare, purgare eſt, & Sabini februm, purga-
mentum uocabant, eo autem menſe conſueuerunt Romani per dies duo-
333 decim Vrbem, & agros ſupplicationibus luſtrare. † Iterum annus à uariis
nationibus uarie incipiebat. Romani à Martio mẽſe, uel quia tunc annus
pubeſcit, reuiuiſcit, atque renouatur, uel etiam ob honorem Martis à quo
Romani initium habuerunt, ut Ouid lib. III. Faſto.

A te principium Romano ducimus anno,
Primus de patrio nomine menſis erat.

A uariis mẽſibus annus incipit ſecũdum uarias nationes. Ouid.

Rurſus paulo poſt aliis carminibus.

Romulus hos omnes,ut uinceret ordine ſaltim.

334 † Græci, † qui Olympiadas adinuenere, annum incipiebant à ſolſtitio
335 uernali,id eſt,die.xiii.Decembris.Hebræi † ab æquinoctiali uernali, quo
336 Deus omnipotens mundum cōſtruxit. † Ægyptii ab Autumno,ut à Dio-
337 nyſio traditur,maxime Arabi, † itaque Caldęi annum ſuum incipiebant
poſtquam fructus terræ iam collecti erant, ut decimas prouentuum, fru-
ctuumq; templo offerre poſſent. Vt eſt in principio menſis Octobris, quo
tempore æquinoctium autumnale eſt,ut habetur etiam Ezechiel.

338 Dies quoque à uariis nationibus uarie incipiebat.† Romani diem ſuam
incipiebant à media nocte,& alia media nocte finiebat.l.more.ff.de feriis.
339 † Arabes à meridie,Babilones ab ortu ſolis, Athenięſes ab occaſu, & finie
bat ſequenti ſolis occaſu,loquendo de die naturali,& hęc omnia tradit gl.
Dies eſt duplex. 340 in.d.l.more.ff.de fer. † Nam dies eſt duplex,naturalis,ſcilicet, & artificia-
Annus è triplex. 341 lis,ut infra dicam. † Tripliciterq; conſideratur annus,annus eſt uſualis, &
342 uertens,ſecundo eſt annus emergens,tertio eſt annus magnus. † Annus u-
ſualis,& uertens eſt apud nos hodie mēſium.xii.uel dierum.ccclxv. Apud
Ægyptios annus uertens ex duobus mēſibus conſtabat, apud Arcades ex
343 tribus. † Annus emergens eſt cum initium alicuius rei, ſeu aduentum in-
ſpicimus,ut euenire ſolet in creatione Pōtificum, Regum, Imperatorum,
Exemplum,Anno XLII. Imperii Octauii Auguſti Cæſaris quo etiam
Chriſtus natus eſt, uidelicet, ſi dicamus, Anno Pontificatus Pauli III.
Anno tali Imperii Caroli. V. Cæſaris Auguſti,ita etiam anno à natiuita
te domini noſtri Ieſu Chriſti M. D. XLVIII. Iſti enim omnes di-
344 cuntur anni emergentes. † Annus magnus ſecundum Ariſto. cæteroſq;
philoſophos,& aſtrologos eſt, cum Sol, Luna, cæteriq; planetæ in aliquo
puncto,ſeu ſigno cœleſti ſimul adſunt, poſtmodum recedentes poſt pluri-
mos Zodiaci ambitus in eo puncto,à quo ipſi diſceſſerunt,iterum ſe reci-
piunt,atque conueniunt.Exemplum,Si omnes Planetæ in ariete eſſent di
ſcedentes,iterum in ariete inuenirentur.Hic enim magnus annus appel-
latur,& id uariis modis euenire antiquiſſimi opinati ſunt,aliqui id accide
re poſſe dicunt, ſpacio annorum.2484.aliqui ſpacio.5552.aliqui decem
mille,& octingentorum annorum,communis tamen Aſtronomorum opi-
nio eſt,ut id eueniat ſingulis triginta ſexmille annis, quãuis Ioſeph.i.lib.
antiquitatum tradat annum magnum non excedere numerum mille anno
Dies naturalis. 345 rum.Dieſq; duplex eſt,naturalis,qui ſemper eſt.xxiiii.horis conſtat, † arti
Dies artificialis. ficialis dies incipit à mane uſque ad ueſperas, eſt enim manſio Solis ſuper
terram,longior,& breuior,prout ſolis lux plus,uel minus ſuper terram ex-
tat glo.in.d.l.more.ff.de feriis.

Gloſa in uerbo procinctum diuiditur in duas partes, in prima tex. decla
Glo procinctum rat,in ſecunda ponit unum dictum,ſecūda ibi,in his, circa primam partem

ex ea

346 ex ea colligo,ideo dici † procinctum,quia ſuccinte fiebat.Quam Accurſii
declarationem Vigli.hic reprehendit dicto Plutarchi in Coriolano, &
ego quoque reprobaui ſupra in fi.iii.not.tex.

347 Noto ex ultima parte glo.† quòd in teſtamento calatis comitiis,& pro-
cincto hæredes inſtituebantur.

Glo.in uerbo libripende,quia unico uerborum conſtructu clauditur,nō Gl. libripende.
recipit commodam diuiſionem,tantum tex.declarat. Circa quam glo.ani
maduertendum eſt,quòd docto.ut Faber hic,& Iaſ.nu.4.ex mēte omnium
reprehendunt hanc declarationem glo.dum dicit,quòd familia manumit Gl.intellectus reꝓbatur.
titur ab emptore cum omnibus bonis,qua ratione attenta ipſe familiæ em
ptor,qui loco hæredis erat,eam non retinebat. Vnde nolunt manumiſſio-
nem ab emptore,ſed à patre potius fieri emancipationem in filiis,ne cum
filii uiuo patre quodā modo quaſi domini uideantur bonorum, pater ipſe
de rebus filii,tanquam de alienis teſtetur. Ideo in hoc genere teſtamenti
pater filium emancipabat,ne cum filius emancipatus ſit extraneus patri.§.
cæterum.infra de hæred.quali.& diffe. dicatur pater de re aliena teſtari.
348 Verum quia eo antiquo tempore emancipatio † per imaginariam uendi-
tionem efficiebatur.§.præterea.ſupra quib.mod.pat.pot.ſol. & prædicta
ratione in hoc teſtamēto per æs & libram pater filium emancipabat,ni mi
rum ſi dicitur hic in tex.per emancipationem,ideſt,per imaginariam uen
ditionem,ita Iaſ.hic nu.4. ex mente Iacobi de Raue. Primus Iaſ.intellectus reꝓbatur.

Quæ expoſitio non uidetur tuta, quia illa attenta tantummodo illi, qui
349 liberos in poteſtate habent,hanc teſtamenti factionem habuiſſent, † & ſic
teſtamenti factio publica,& generalis non eſſet contra.l.teſtamenti.ff.eo.l.
i.C.de ſac.ſan.eccl.nam ad eos tantum pertinuiſſet,qui emancipare potu-
350 iſſent,& ſic filios haberent,& maſculos tantum. † Vnde mulier, quæ filios
in poteſtate non habet.§.fœminæ.ſupra de adop. non poſſet teſtamentum
facere,nec pater,niſi filius conſentiret emancipari, non poſſet teſtamētum
351 facere,† & ſic ius teſtandi ex alieno arbitrio dependeret contra.l.illa inſti-
352 tutio.ff.de hæred.inſti. † nam filius inuitus non emancipatur.§.generali-
ter.in auth.quib.mod.natu.effi.ſui.glo.§.fi.ſupra quib. mod.pat. pot.ſol.

Vnde Vigl.hic in tex.uerbo acceſſit.nu.2.dicit,uerbum emancipationē, Vig.ītellectus.
non ad liberos,ſed ad hæreditatis abdicationem referri, cum emācipatio
quamcunque imaginariam uenditionem ſignificet.Bude.in primis anno-
tationibus pādectarum.Et iſte intellectus Viglii comprobatur, quia tex.
noſter non præſiſtit in emancipatione, ſed in imaginaria uenditione, cum
dicat tex.per æs,& libram fiebat per emancipationem, ideſt, per imagina
riam quandam uenditionem,quæ imaginaria uenditio magis reſpicit bo
353 na,quàm liberos. † Vnde & alii,& etiam ipſi filii ſæpius familiæ emptores
erant,& ſic ius teſtandi in omnibus conſiſtebat. Ideo merito Iureconſ.in.l.
354 ſtatu liberi à cæteris.§.fi.ff.de ſtatu lib.dicit,lege.xii.tab.†emptionis uer-

bo omnem alienationem complecti, ut etiam iſta ficta emptio, quæ in hoc
Primum arg. contra Vigl. teſtamento interueniebat, cõtineatur. Sed contra hunc Viglii intellectũ
355 facit, † quoniam nulla conſiſtit obligatio efficax inter patrem, & filium, er
go ipſe filius non poterit eſſe emptor, & tunc in filiio ceſſabit ratio indu-
Secũdũ arg. contra Vigl. 356 ctionis huius teſtamenti. † Præterea facit, quia filius dicitur eſſe in bonis
357 patris, † cum ipſi patri liceat uendere, & occidere. toto titu. de pat. qui fil.
358 diſtr. & d. l. in ſuis. §. fi. de libe. & poſthu. † Et pater, & filius cenſentur una,
& eadem perſona. l. fi. C. de impub. & aliis ſubſti. Et hinc eſt, quod filio re-
cuſante aditionem hæreditatis, ſi ipſe pater uoluerit adire, admittitur ad
aditionem, quia uidetur ut filius inſtitutus. l. fi. §. ſimiliꝗ modo. C. de bo-
nisꝗ lib. Hinc etiam uidemus, quòd eadem reuerentia, quæ debetur pa-
tri, ne poſſit in iure uocari ſine uenia, ea dem debetur filio. l. ſi libertus. ff. de
359 in ius uocan. ergo filius non poteſt eſſe emptor, quia ſe ipſum emeret, † & in
Tertiũ arg. contra Vigl. ter emptorem, & rem emptam debet eſſe differentia. Item obſtat id quod
hic dicunt doct. & præcipue Iaſ. hic nu. 4. quòd cum filii uiuente patre, di
cantur quaſi domini rerum paternarum. d. l. in ſuis. Vnde niſi emãciparet
filius, pater uideretur de bonis filii, & ſic de bonis alienis teſtari.

Poſſes tamen ad iſta argu. contra opi. Viglii adducta reſpondere, quòd
Reſpon. ad primum, & ſecundũ. procedunt in uenditione uera, ſecus in ficta, ut hic, nam ficta eſt uenditio,
360 & ſi dicas, hic interueniebat æs, &c. † imaginaria, & ficta uenditio non eſt
pretio accedente. l. imaginaria. ff. de reg. iur. Reſpondeo, quòd unus num
361 mus interueniebat, † qui pretium non conſtituit, † cum in numerata pecu-
362 nia debeat eſſe pretium. §. pretium. infra de emptio. † & unus non eſt nu-
363 merus, ſed principium numeri. glo. in. l. ſi quis. §. fi. ff. de acquiren. poſſeſſio.
364 † Sicut nec gradus eſt, unde aſcenſus, & deſcenſus incipit. † Præterea plu
365 ra fauore liberorum in teſtamentis admittuntur, quæ aliàs non admitte-
rẽtur. l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. qua ratione ui demus,
quod mulier, quæ in teſtamento regulariter teſtis non admittitur. l. qui
teſtamẽto. §. mulier. ff. eo. tamen admittitur ſi id ipſum liberis pater faciat,
ut in auth. quòd ſine. C. eo. & declarat Barto. in. l. in multis. ff. de ſta. homi.
Et maxime in caſu noſtro, ui delicet, in teſtamento, ex quo effectus non ſor-
titur, niſi poſt mortem patris, quo tempore ea omnia ceſſant, quod in con-
trarium ſupra fuerunt adducta, nam tunc filius eſt ſui iuris, nec eſt in bonis
patris.

Nec obſtat, quòd una, eademꝗ perſona ſit pater & filius, quia in ſpecie
Reſpon. ad tertiũ reſpondeo, hoc ficte, & improprie eſt, & hoc ſenſu apparet, & etiam per di-
366 ctionem uidetur, ſeu intelligitur, † quæ improprietatem denotãt. l. hæres
quæcunꝗ. ff. de acqui. hære. l. ẽt. ff. de fun. dot. imo unum plus dico, ꝙ pater
& filius una eadẽꝗ perſona impropriiſſimo ſenſu, eſſe intelligitur, põderã
do ꝙ Imperator in. d. l. fi. quæ ad hoc tota die ſolet allegari, utitur duplici
uerbo improprietatẽ deſignãte penè, & intelligitur, ut in. l. id tẽpus. ff. de

uſucap.& in.l.ſi familia. (ſingula ſingulis referendo) .ff. de iuriſd.om.iud. ita no.tradit Bal.in.l.ſi abducta.in.ii.col.C.de fur. & poſt eum Iaſ.in.l.ſi ſic in.§.ſiquis ita.ff.de leg.i.& in.l.ſi is qui pro emptore.in.xxv.col.ff.de uſuca. Minus obſtat, quòd doct.communiter dicunt, quòd de rebus alienis uide tur pater teſtari, cum filius ſit dominus uiuẽte etiam patre, quoniam etiam ad iſtud ſpecialiter reſpondendo dico, quòd impropriè, & ficte ſunt domi ni uiuente patre, apparet per.d.l.in ſuis.ibi, quaſi domini, & ibi, quodam
367 modo domini, quæ dictio quaſi, † & quodammodo improprietatem, & fi ctionem maximam denotat.§.ſed cum paulatim.infra tit.noſtro.ibi, Nam ſeptem teſtes quodammodo ius ciuile exigebat computato libripende, & familiæ emptore, ut ibi glo.dicit, & tamen familiæ emptor, & libripens nõ poterant eſſe teſtes in eo teſtamento.§.ſed neque hæres. infra eod.

Et ad iſtud argu.unà cum Viglio de poteſtate patris in filio, ob quã ipſe in bonis patris erat, reſpondeo quòd tempore teſtamenti per æs, & libram licebat patri filios exhæredare, & occidere.d.l.in ſuis.in fi. & ſic nec patria poteſtas, nec ficta dominii continuatio tollebat ipſi patri ius teſtandi. Ra Alia reſpon. ad tertium.
368 tio † autem quare in iſto teſtamento interueniat emptio, iſtaque imagina ria uenditio, & non donatio. Docto.omnes, ut hic Iaſ.nu.4.& Tol.nu.63.&
369 cæteri dicunt, † quia titulus emptionis eſt titulus onerosus, † qui eſt effi
370 cacior titulo lucratiuo.l.i.C.de imp.lucr. deſcrip. lib.x.Ideo, ut efficacius ad aliquem tranſirent bona, accedebat hæc ficta uenditio, & plura de effe ctu huius tituli emptionis ex mente Bar.in.l.hæreditarium.ff.de bo.auth.
371 iudi.poſſiden.tradit hic Iaſon col.ii.nu.4. † Donatio enim tempore huius teſtamẽti per æs & libram fiebat traditione, & non ſtipulatione.l.ſenatus. §.donatio.ff.de dona.cau.mor. Vnde cum hic teſtator in uita bona retine ret, poterat id facere quamuis uendidiſſet.§.uenditę.ſupra de rer.diui.§. pretium.infra de emptio.& uendi.& infra de obliga.ex conſen.poſt princ. Sed cum hic teſtator bona ſua donaſſet, retinere ea in uita ſua non poſſet,
372 † cum eo tempore haberet neceſſe tradere.d.l.ſenatus.§. donatio.

Glo.in uerbo ciuibus tantum declarat tex.& propterea diuiſionem non recipit, tu addas tex.concordantem ſupra de nup.in prin. Glo.ciui bus.

Omiſſa glo.in uerbo puberibus, cum duabus gloſellis ſeq. capio glo. in uerbo libram, quę in duas partes diuiditur, in prima declarat tex.in ſecun da rationem ſuæ declarationis aſſignat. Secunda & dicitur libra. Iſta tamẽ glo.diuiditur per Mod.hic, ut per Vigl.& male, nam ipſe Vigl.uult, quòd Gl.librã.
373 ex quo tex.dicit familiæ emptor, † quòd tantum uerbum familia pro hære ditate capiatur.d.l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de uerb.ſigni.unde dicitur
374 iudicium † familiæ herciſcundæ, ideſt, hæreditatis diuidendæ. Tradit Sueto.in Nerone, dum, inquit, Domitius naſcitur, quem emptorem fami liæ, pecuniæ, quæ in teſtamento Auguſti, fuiſſe uulgo notatum eſt. Vnde ſi libra eſſet hæreditas, ut uult hic glo. Sicut dixit familiæ emptor, ita etiam

dixiſſet libræ emptor, quod non fecit, ex quo datur intelligi, quòd libra non capiatur pro hæreditate. Reſpondeo, quòd glo. hic non aſſerit, quòd
375 libra ſit hæreditas, ſed bene dicit, † quòd hæreditas per ſimilitudinem po
376 teſt dici libra, quia ſicut libra conſtat ex. xii. unciis, † ita etiam hæreditas ex. xii. unciis conſtat.

Glo. partim. Glo. in uerbo partim nō poteſt diuidi, quia nimium breuis eſt, reprehenditur ut hic per Tol. col. xi. nu. 66.

Glo. ad ius. Glo. in uerbo ad ius ciuile, nec ipſa propter ſui breuitatem recipit diuiſionem, ex ea tamen colligitur nunquid teſtamentum inuentione dicatur eſſe de iure gentium, aut de iure ciuili, quam quæſtionem ad utranq; partē diſputauimus ſupra in. xiii. not. ideo ad ea me remitto.

Glo. honorario. 377 Glo. in uerbo honorario, ideſt, pretorio, no. † quòd ius prætorium eſt ius honorarium. §. prætorum. ſupra de iure natu. gen. & ciui. ex quo. §. notabis
Declaratur. §. pretorū. ſupra diu. na. gent. & ciui. 378 etiam, † quòd ædiles, & curules erant & ipſi prætores, quoniam proponebant ædicta in quibuſdam cauſis, hoc eſt, ædiles in cauſis ædilibus, & curu
379 les in cauſis curulibus, quod † ius proponendi ædicta eſt portio iuris honorarii, & hæc eſt noua declaratio ad illum. §.

Quantum uero pertinet ad id, quod ſupra in. v. euidentiali præmiſi, uide
380 licet, † quare fuit permiſſum teſtari. Porcius hic col. fi. circa medium uerſi. etſi dixerit quiſpiam, quinque tradit rationes, quarum prima fuit ratione neceſſitatis, ut prouiſum eſſet creditoribus, qui haberent quem poſt mortē
381 ſui debitoris conuenire poſſent, quod euenit per teſtamentum, † cum hæres inſtitutus omnimodo perſonam defuncti debitoris repræſentat, unde ſi ab inteſtato moriretur, non eſſet perſona, quæ repræſentaret perſonā defuncti debitoris, & iſta obligatio paſſiua tanquam quoddam accidens per
382 mortem debitoris extingueretur, † quia accidētia non migraret de ſubiecto in ſubiectum. l. quis ergo caſus. ff. de pecu. qui tex. ut iacet, potius probat contrarium, ſed intelligendo negatiue, ut etiam ibi uidetur uelle intelligere glo. probat optime, ut etiam glo. ibi, uerbo nomina in eius dicto optime probat. Porcius allegat etiam text. in. l. iii. ff. pro ſocio. qui optime probat in ſui princ. & uenit illatiue ad omnes prædictas leges.

Prima ratio tollitur. Iſta ratio tollitur optime, ut hic per Iaſo. in penul. addi. dicens, non erat neceſſe per uiam teſtamenti prouidere creditoribus, ut hæres inſtituatur, qui repræſentet perſonam defuncti, ad hoc, ut iſta obligatio paſſiua tanq̄ quoddam accidens poſſet tranſire de ſubiecto in ſubiectum, quoniā iſtud
383 etiam procedit in mortuo ab inteſtato, † cum hæreditas nōdum adita perſonam defuncti repræſentet. l. mortuo. ff. de fideiuſ. l. hęreditas. ff. de acqui. rer. do. & hoc ea ratione, quam ponit glo. in. §. ſeruus autem alienus. ſupra de hæred. inſti. in uer. defuncti. & ſic obligatio paſſiua tanq̄ quoddam accidens etiam in mortuo ab inteſtato migraret de ſubiecto in ſubiectum.

Sc̄da rō tollitur. Secunda eſt ratio, quam hic Porcius tradit, uidelicet, quòd teſtamētum

fuit

384 fuit inſtitutum ratione pacis,ut lites, † & quæſtiones tollantur, ne in incer
385 to uagentur hæredes,quæ ratio non multum mihi placet. † Quoniam te-
ſtamentum nõ pacem,imo diſcordias,lites,& quæſtiones inducit, unde ſæ
pe iurgia cauſantur,nam ſatis clare patet, quòd ex teſtamentis, an potuit
teſtari,uel non,uel alia ſimili occaſione lites plerunque oriuntur, unde ſæ-
386 pe in incerto uagantur hæredes, † quòd ſi nemo teſtamentum faceret,cum
certa ſit antiquæ,& nouæ legis diſpoſitio in ſucceſſione ab inteſtato.§.i.in-
fra de hæred.quæ ab inteſt.defer.& infra de legi.agna.ſucceſ.in prin.auth.
de hæredi.ab inteſt.ue.lites,& iurgia non adeo orirentur.
387 Tertia fuit ratio Porcii,† quòd propter charitatem teſtamentum fuit ad Tertia rõ Por.
inuẽtum,ut moriturus uitium ingratitudinis euitaret,ut ſi aliquis ab alio
beneficium ſuſceperit,ſi erga eum uiuens gratus non extitit,ſaltem per te-
388 ſtamentum poſt mortem beneficii gratitudinem reddat, † maxime cũ be-
nefacientibus bene facere teneamur.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hæ-
red.quæ ratio modo aliquo non concludit,quoniã hoc poterat facere poſt Tollitur primo modo.
mortem etiam per donationem cauſa mortis, uel per codicillos legata re-
linquendo abſque eo,quòd teſtamentum faciat.Tollitur etiam ſecũdo mo
do quoniam tunc proprie beneficii accepti meritũ redderet,cum non per Tollitur ſecundo modo.
teſtamentum poſt mortem tempore,quo uere non eſt dominus bonorũ ſuo
rum,ſed in uita,tempore quo uere eſt dominus, retribuat benefactoribus,
quo tempore certa eſt collatio beneficii, quæ collatio non eſt ita certa per
uiam teſtamenti inſtituendo, uel legãdo, cum ſi hæres,uel legatarius uiuo
teſtatore moriatur,effectus remunerationis euaneſcit etiã in ſuos deſcen-
dentes non uocatos.l.i.§.ſin autem.& per totam.l.C.de cad.tol.Quæ ſecun
da reſponſio,etſi uideatur contraria primæ reſponſioni, tamen & ipſa ſatis
ſubſiſtere uidetur,quia ſi gratia charitatis,& ingratitudinis euitandę fuit
389 introductum,† magis in uita, quàm poſt mortem quis gratus redditur,
per ea,quæ ſupra dixi.
Nec obſtat huic meę ſecundæ reſponſ.quod heri à quodam ueſtrum ſatis Tollitur tacitum contrarium.
390 erudito iuuene fuit dictum,uidelicet, † quòd non eſt curandum de modo,
ſed de effectu.l.ſi quando.de lega.i. quoniam etiam per teſtamentum poſt
mortem remunerando benefactoribus, obligationi ſuæ naturali ſatisfeciſ
ſe uidetur,eo maxime,cum ipſe, qui primo beneficium contulit, hac ſpecie
remunerationis acquieſcat.arg.l.ſi rem.§.omnis.ff.de pigno.actio.& ſupra
391 de rerum diui.§.uenditæ.ubi iſta æquiparantur,† quòd uenditori ſit pre-
tium ſolutum,uel quocunque alio modo ei ſit ſatisfactum, & ſic non cura-
mus ex parte obligati modum ſatisfaciendi,ſed hoc ſolum an creditori ali
quo modo ſit ſatisfactum.
Reſpondeo,quòd cum teſtator uiuens beneficium accepit ab aliquo,ui-
uens quoque eſt ei naturaliter obligatus.d.§.conſuluit. unde ſi uiuens be-
neficium accepit,uiuens etiam ei beneficium retribuere debet,& non tar-

392 dius poſt mortem diſſoluere talem naturalem obligationem, † cum nihil tam naturale ſit, quàm eodem uinculo, quo aliquid alligatum ſit, eodē uinculo diſſoluere. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Vnde ſi uiuus à uiuo beneficium habuit, & ſic actu inter uiuos retribuere debet, non actu ultimæ uoluntatis, ſcilicet, teſtamento, per quod diſponit tempore, quo non eſt uere dominus, & longe tardius, † & minus dat, qui tarde dat, & plus, qui cito.
393 l. ſi cui. ff. de uerb. ſigni. Non obſtat in. d. §. omnis. & d. §. uenditæ. quoniam non loquuntur de ſatisfactione ultimæ uoluntatis, maxime de teſtamento, quoniam eſſet pactum de hæreditate uiuentis, quod à legibus improbatum eſt.

Prima mea reſponſio eſt fortaſſe tutior, q̄m tot contraria non pariuntur.

Quarta ratio.

Quarta fuit ratio, uidelicet, ob publicam utilitatem, quoniam ex quo homines poſt mortem de ſuis bonis teſtari poſſent, magis inuitātur ad acqui-
394 rendum, † quod Reipub. intereſt. l. i. ff. ſolu. ma. ubi doct. not. tu adde tex. in §. ſed & maior. ſupra de his, qui ſunt ſui, uel ali. iur. ubi Imperator cogit do-
395 minos uendere ſuos ſeruos, ne eos perdāt, † quia intereſt Reipub. ne quis re ſua male utatur.

Quarta ratio reprobatur.

Quæ ratio mihi non placet, quia mihi uidetur, quòd magis homines inuitentur ad acquirendum, ut poſſint in ſuis neceſſitatibus de bonis ſuis diſponere, uendendo, uel aliter inter uiuos alienando, quàm quòd inuitētur
396 ad acquirendum, ut per teſtamentum poſt mortem diſponant, † cum hoc non ad ſui commodum, ſed ad aliorum commodum pertineat, & præſumptio eſt, quòd quis magis ſeipſum diligat, quàm alios.

Quinta ratio cōmuniter approbatur.

Quinta fuit ratio, licet Porc. hic. iii. in ordine ponat, ut, ſcilicet, ratione
397 pietatis ſit permiſſum teſtari, uidelicet, † quia lex pium, & æquum iudicauit, quòd ex quo homo eſt in ultimo uitæ ſpiritu, nec aliud uelle habet, ſaltem ei ſit liber ſtylus de ſuis rebus diſponendi, licet difficile ſit certam rationem in hoc aſſignare, hæc tamē ratio mihi magis placet, ut etiam ſupra in euidentialibus dixi, quæ comprobatur optime per text. in. l. i. C. de ſac. ſanc. eccle. eam approbat Abbas in rub. de teſta. dum dicit, quòd gratioſe, & ratione miſerationis fuit permiſſum teſtari, & hæc ratio communiter à doct. approbatur, & ita ego quoque eam amplector.

SVMMARIA IN. §. POSSVNT.

1 Quatuor ſunt genera annulorum.
2 Annuli ad ornamentum ſolent multifariam gemmis diſtingui.
3 Annulus requiritur in matrimonio.
4 Annulus quidam eſt ſignatorius.
5 Annulus ſignatorius inter ornamenta non computatur.
6 Acceſſorium regulatur ſecundum naturam ſui principalis.
7 Sigillum debet habere nomen, uel armam ſigillantis.
8 Ratio quare teſtes poſſint ſignare teſtamentum uno annulo.

9 Argumentum de principali ad acceſſorium ualet, ubi eſt eadem ratio.
10 Princeps,uel Comes in priuilegiis debet ſignare proprio annulo.
11 In contractibus etiam quis debet ſignare proprio annulo.
12 Fides contractus dependet a ſigillo ſigillantis.
13 Fides teſtamentorum non dependet principaliter a ſigillo.
14 Teſtes poſſunt ſigillare teſtamentum unico annulo.
15 Homines uaria ſigilla habent.
16 Annulus ſignatorius debet habere characteres.
17 Paria ſunt ſigillare teſtamentum unico annulo, uel pluribus,habentibus tamen eundem characterem.
18 Vbi eſt eadem ratio idem ius ſtatui debet.
19 Ratio eſt anima legis.
20 Teſtes poſſunt ſigillare teſtamentum alieno annulo.
21 Si tamen ſuum non habeant.
22 Lex ſimpliciter loquens debet ſimpliciter intelligi.
23 Lex euitat circuitus & difficultates.
24 Probationum facultas non debet coanguſtari in ultimis uoluntatibus.
25 Multa facere mouemur,q̃ omiſſa actum non uitiant.
26 Paria ſunt,qui teſtamentum ſignetur,uel linteum in quo reuolutum eſt.
27 Parentes dicuntur conſeruari per filios.
28 Patri competit actio iniuriarum,nedum quando ſibi illata eſt iniuria,uerum etiam quando filio.
29 Quando ſcinditur ueſtimentum, fit iniuria in corpus.
30 Detinens frenum equi,ita ut ire non poſſit,incidit in excommunicationem.
31 Statutum imponens pœnam inferenti iniuriam in corpus,habet locum in abſcindente ueſtimenta.
32 In maiori ſumma regulariter ineſt minor.
33 Mandans,ut ematur fundus procentum,uidetur etiam mãdaſſe ut pro quinquaginta.
34 Teſtamentum poteſt ſignari uno,ſeptem, paucioribusue annulis.
35 Pluribus q̃ ſeptem annulis poteſt ſignari teſtamentum.
35 Ea,quæ ex abundanti fiunt,non ſolent actum uitiare.
37 Bonum eſt argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates.

POSSVNT AVTEM. Quoniam hic.§.de annulis loquitur,ſci
1 endum eſt, † quòd quatuor ſunt genera annulorũ,olim nobilitatis, poſtea
ingenuitatis,aureus annulus inſigne fuit,ut toto titu. de iure annu.aureo.
2 erant, † & ſunt ad ornamenta annuli gemmis multifariam diſtincti.l.pedi
3 culis.§.i.ff.de au.& arg.lega. † erat & annulus pronubus ad matrimonium
4 confirmandum.c.fœmina.xxx.q.ulti. † quartum genus annulorum erat ſi-
gnatorius annulus,de quo hic tractatur,ad epiſtolarum,teſtamentorumq́;
5 uſum adinuentus, † & hic annulus, qui ſignatorius dicitur, inter ornamen
ta non computatur.l.argento.§.ornamenta.ff.de au.& arg.lega.l.ſignatori
us.ff.de uerbo.ſignifi.

Annulus é quadruplex.

Iſte.§.uſque ad.§.teſtes,diuiditur in tres partes.In prima ponit dictum.
In ſecunda ex identitate rationis illud comprobat.In tertia & ultima po-
nit aliud dictum.Secunda ibi,quid enim.Tertia ibi,ſed & alieno.

Diuiſio §.

In prima particula dubitãdi ratio potuit eſſe, quoniam ſicut in teſtamen
to ſeptem teſtium ſigna requirũtur.ſupra.§.iure enim honorario.& ſeptem

Caſus dubitatio.

diuerſi ſunt teſtes,ita & ſeptem diuerſa debent eſſe ſigna ipſorum teſtium,
6 † ut acceſſorium reguletur ſecundum naturam ſui principalis, regula ac-
7 ceſſorium.Secundo quia ſigillum debet habere nomen, uel armam ſigillan
tis,uel alia,ex quibus cognoſci poſſit,quòd ſit ſignum ſigillantis.c. inter di
Rō decidendi. lectos.circa medium.extra de fide inſtru.Sed cum hic omnes unico annu-
8 lo ſignent,non erunt ipſorum teſtium nomina in ſigillis. † Ratio forſan de
cidendi potuit eſſe quoniam ſigilla teſtium in teſtamento apponuntur ad
finem,quòd teſtes ipſi recognoſcant ſua ſigilla,& ipſis cognitis poſtea atte
ſtentur.l.ſiquis ex ſignatoribus.l.cum ab initio.ff.quemad.teſt.aper. Vnde
ex hoc euenit,quòd lex ſeptem ſigna deſiderauit in teſtamẽto, nec curauit
ut unius ſint characteris,uel diuerſorum characterum.

Tolluntur res dubitādi
9 Non obſtat prima ratio dubitandi,quoniam argumentum de principa-
li ad acceſſorium,procedit quãdo par,eademq́ ratio eſt in acceſſorio,quæ
eſt in principali,ſecus ubi diuerſa,ut in caſu iſto,nã ſeptem teſtes requirun
tur ad finem,ut probent teſtamentum teſtificando.Sigilla autem,ut reco-
gnoſcãtur à teſtibus.d.l.ſiquis ex ſignatoribus.Et quòd non procedat arg.
de principali ad acceſſorium ubi eſt diuerſa ratio caſus eſt not.in.l.etſi is.
C.de præd.mino.ubi alienatio prædii minoris facta à curatore ſine decre
to non ualet,& tamen ualet pignoris obligatio pro euictione,ad idem fa-
cit tex.in.l.ſtipulatio iſta.in.§.alteri.ff.de uerb.obli. ubi ſtipulatio alteri fa
cta non ualet,& tamen ſtipulatio pœnæ ualet.

Non obſtat ſecunda,quia ſatis uidetur ſublata per rationem decidendi,
uel ſpecialiter reſpondendo poteſt dici,quòd ille tex.in.d.c.inter dilectos
10 loquitur de priuilegio principis, uel comitis, † in quibus priuilegiis fi-
des eorum multum dependet ex ſigillo concedentis,idem ſi nomen, armã,
uel effigiem concedentis non habet ſigillum,non obtinet roboris firmita-
11 tem,ut ibi glo.ſentit in uerbo dilecta, † quæ dicit hoc procedere etiam in
12 contractibus,ubi de re magni ponderis tractatur, quoniam multum fides
13 contractus dependet à ſigillo ſigillantis,ſecus in teſtamento, † quia fides
teſtamenti non principaliter depẽdet à ſigillo teſtium, cum, ut ſupra dixi,
ad finem tantum,ut recognoſcantur,apponuntur.

Primū not.
14 Noto primo ex hoc tex.quod Porc. etiam not. † quòd omnes teſtes uno
annulo poſſunt ſigillare teſtamentum.Quod no.primo limito,ſi annulo im
Prima limitatio.
15 preſſum ſit ſignum,ſecus ſi alio modo ſit ſignatum teſtm̃, † nam uarie homi
nes ſignãt.l.ad teſtiũ.§.ſignum.ff.eo.quod quidem quaſi iniquũ Bart.d.§.ſi-
Secunda limitatio
gnum.& Accur.non uſu ſeruari dixit in.d.§.ſignum.Secundo limito,quòd
16 annulo poterũt ſignare † dummodò characteres habeat.d.§.ſignum.Iſtud
No. ſic limitatū ampliatur.
no.ſic limitatum dicas procedere ſiue characteres,uel ſignum conueniat ſi-
gillanti,ſiue non,ut ſi doctor ſignet annulo,qui habeat effigiem militarem
Martis,uel Alexandri Magni,uel econtra,miles ſignet annulo habente ſi
gnum Apollinis,ſeu Muſarum,& hoc comprobatur hic in.§. noſtro, dum

dicitur

dicitur,quod alieno annulo licet ſignare, & hic etiam Vigli. tradit, licet tex.non alleget. Ratio huius dicti potuit eſſe, ut iam iam ſupra dixi, quia his ſigillis non adhibetur plena fides, ſed ſolummodo apponũtur ad hoc, ut teſtes ea recognoſcant,& ipſis recognitis atteſtentur.d.l.ſiquis ex ſignatoribus.

17 Secundo no.ibi,quid enim, † quod paria ſunt ſignare teſtamentum uno annulo,uel ſignare pluribus habentibus eundem characterem,& ratio potuit eſſe,quia par,eademq; ratio militat in utroque caſu, † & ubi eſt eadem ratio,idem ius debet ſtatui.l.illud.ff.ad leg.aquil.l.à titio.ff.de uerb.oblig. bonus tex.in.l.iii.in.§.i.ff.de iniu.rup.& irri.fac.teſt. In tantumq; etiam dici ſolet, † quod ratio eſt anima legis, & ſicut corpus regitur ab anima, ita lex eius rõne.c.fi. extra de reſcri.tradit Tol.ſupra eo.in prin. col.iii.nu.22. Secũdũ not.

18

19

Tertio not. † quod teſtes alieno etiam annulo poſſunt ſignare,quod ego uerum intelligo ſiue annulus prorſus alienus ſit,ſiue eſſet teſtatoris, nam & tunc dicitur quaſi alieno annulo ſignare teſtamẽtum.d.l.ad teſtium.§.ſi ab ipſo. Quod nota.limitatur procedere ſi ſuum nõ habeat,† quod ſi ſuum haberet,fruſtra,ſeu temere alieno ſignaret.Specul.tit.de proba.§.uidendum. uer.& nota.Per quam doctrinam Spec.doct.hic Por.& Ang.& communiter alii prædictam limitationẽ ſublimitarunt, ut alieno non poſſit ſignari ſi ſuum habeat, niſi proprio chyrographo in ſubſcriptione atteſtatus ſit ſe alieno annulo ſignaſſe, quæ communis opinio ab omnibus ferè eſt amplexa,excepto Fabro hic in fi.§.licet nec iura, nec rationes aſſignet. Tertium not. Amplia tio. Limitatio. Sublimitatio.

21

Ego autem Fabri opi.ueriorem eſſe cẽſeo tribus fundamentis.Primo hic

22 † lex ſimpliciter loquitur,ut liceat alieno annulo ſignare, ergo ſimpliciter eſt intelligenda, & ſic abſque eo quod in ſubſcriptione atteſtatus ſit.l.de pretio.ff.de pub.in rem actio. Fab.opi. defenditur.

23 † Secũdo lex circuitus,& difficultates euitat,ut facilius actus exitum habere poſſit.§.ſed hoc iure.iuncto.§.nos autem.ſupra de attil.tut.Lex etiam ſimplicitati amica eſt.§.cæterum.infra de leg.agn.ſuc.ergo talis circuitus, & difficultas reiicienda eſt,ut in ſubſcriptione atteſtetur ſe alieno ſignare,

24 † maxime ne probationum facultas coanguſtetur in ultimis uolũtatibus. l.quoniam.in fine.C.de hæreti.ne forte omiſſione huius chyrographi teſtamentum ſubuertatur.

Tertio hoc comprobo,nam ego fateor recte tamen feciſſe ſi atteſtatus eſſet in chyrographo ſe alieno annulo ſignaſſe, ſed ſi id omiſit,non propterea teſtamẽtum ſubuerti putarem, quoniam hoc proculdubio in legibus non

25 fuiſſet omiſſum, ſi ex eo teſtamentum uitiari potuiſſet, † nam multa facere monemur,quæ omiſſa non tamen uitiant actum.§. ſiquis ita formidoloſus. infra de pup.ſubſti.in fi.§.& infra eo.§.ſed neque hæres, multo minus uitiabitur in caſu noſtro teſtamentum,cum nec lex ſit, quę admoneat teſtem hoc facere.

Glo. annulo.

Glo.in uerbo annulo in tex.ſatis eſt declarata, maxime.i.not.

Gl.teſtamẽtum.

26 Glo.in uerbo teſtamentum,ex ea not. † quòd paria ſunt,quòd teſtamentum ſignetur,uel linteum,in quo eſt inuolutum teſtamentum.d.l.ad teſtiũ. §.fi. Vnde colligi etiam poteſt,quòd eiuſdem naturæ eſt actus,qui conſer-
27 uat,cum eo,qui conſeruatur. † Et ideo quia parentes dicuntur conſeruari per filios.l.liberorũ.§.fi.de uerb.ſigni.ea ratione in.l.i.ff. de iniur. dicitur.
28 † quòd patri datur actio iniuriarum non ſolum quando ipſi patri illata eſt iniuria,ſed etiam quando filio,per quem filium ipſe pater conſeruatur, fa-
29 cit no.tex.in.l.ſed eſt quęſtionis.ff.de iniur.& ibi Bar.ubi tex.dicit,† quòd quando ſcinditur ueſtimentum dicitur fieri iniuria in corpus,quãuis pro-
30 pter hoc non dicatur nocitum corpori, † & ideo ſiquis retineat frenum equi ipſi clerico,ut non poſſit ire,incidit in excommunicationem,quemad modum qui quouis alio modo equum retinuiſſet,ut Alexã.tradit.l.gallus.
31 §.ille caſus.ff.de libe.& poſthu.& ibi etiam Bal.qui uoluit, † quòd ſi ſtatutum pœnam imponat inferenti iniuriam in corpus habeat locum etiam in ſcindente ueſtimenta.

Glo. uiſum.

Glo.in uerbo uiſum eſt,diuiditur in duas partes.In prima unum ex tex. elicit,in ſecunda ponit opi.aliorum in contrarium,ſecunda ibi,alii dicunt, redeo ad primam partem,& pro eius expeditione quæro cum in tex.dicatur,ex Papiniani ſententia,quòd teſtes poſſunt ſignare teſtamentum ſeptẽ annulis habentibus idem character,quid ex hoc tex.elicere poſſim,& glo. reſpondet,quòd hac ratione,& cum tribus annulis,& pluribus,& paucio
32 ribus,credo hanc fuiſſe intentionem glo. † quoniam in maiori ſumma ſem per minor ineſt,& glo.alleg.tex.in.§.is qui exequitur.inſtit.mandati.in fi.
33 † Vbi ſi mandaui tibi,ut mihi fundum emas pro centum, uideor etiam tibi mandaſſe,ut emas pro quinquaginta.Sic & in propoſito noſtro ſi tex.di cit hic,quòd teſtamentum poteſt ſignari ſeptem annulis,uidetur etiam ꝙ poſſit tribus,& paucioribus,uel pluribus. Alii tamen dixerunt, & hæc eſt ſecunda pars,quòd poteſt ſignari teſtamentum uel ſeptem,uel unico annu lo,ea fortaſſe ratione,quia hic dicitur,ꝙ uno annulo poſſunt teſtes ſignare teſtamentum, & ſeptem habentibus idem ſignum, quæ opi. improbatur, quia non poteſt reddi bona ratio diuerſitatis.Nam ſi poteſt ſignari uno,& ſeptem,ergo & tribus,& pluribus, & paucioribus, ex identitate rationis.

Concluſio glo.

34 Ex qua prima parte glo. ego noto,† ꝙ teſtamentum poteſt ſignari uno an nulo,& ſeptem habentibus idem character,& tribus,& pluribus,& paucio

Ampliatio.

35 ribus.Quod ego amplio,† ut pluribus annulis, q̃ ſeptem poſſit ſignari te ſtamentum,& iure recto conſiſtat.l.hæredes palàm.poſt prin.ff.eo. quia ea
36 † quæ ex abundanti fiunt,non ſolent uitiare actum.l.quæ extrinſecus.ff.de
37 uerb.oblig. † arguendo de contractu ad ultimas uoluntates, quod in iure ualidum eſt argumentum.l.ſeruum filii.§.eum qui chyrographum. de leg. i.l.nõ eſt mirum.de pigno.actio.

SVMMARIA IN. §. TESTES.

1 Qui poſſunt facere teſtamentum, uel ex eo capere, poſſunt eſſe teſtes.
2 Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.
3 Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.
4 Mulier eſt fragilis ſexus.
5 Impubes non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.
6 Impuberes quicquid uident, ignorant.
7 Impubes nec alium contractum agere poteſt.
8 Pupillus de per ſe eſt fragilis, ac imbecillis.
9 Minor. xxv. ann. ſuppoſitus eſt multorum inſidiis.
10 Dæmones de per ſe ſunt effecti mali.
11 Homo ſuggeſtione diaboli eſt effectus malus.
12 Seruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.
13 Seruus eſt incapax eorum, quæ ſunt iuris ciuilis.
14 In hæreditate, & in ſtipulatione defectus ſerui ſuppletur ex perſona domini.
15 Deponere teſtimonium eſt facti.
16 In his, quæ ſunt facti, nulla fictio cadit.
17 In his, quæ ſunt iuris aliqua fictio cadit.
18 Furioſus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.
19 Furioſus non eſt mentis compos.
20 Furioſi differunt a mentecaptis.
21 Mutus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.
22 Teſtis uiua uoce debet deponere teſtimonium.
23 Surdus in teſtamento teſtis eſſe non poteſt.
24 Prodigus pariter in teſtamento teſtis eſſe minime poteſt.
25 Prodigus furioſo æquiparatur.
26 Is, quem leges iubent, improbum, inteſtabilemq;, teſtis eſſe non poteſt.
27 Ille non debet admitti in teſtem, quem leges improbum dixere.
28 Mutus & ſurdus, qui nihil loquitur, aut audit, teſtis eſſe non poteſt.
29 Qui tarde loquitur, aut audit, teſtamentum facere poteſt.
30 Qui ſcit ſcribere, licet non loquatur, teſtamentum facere poteſt.
31 Quilibet ſcribendo teſtimonium mentis ſuæ facere poteſt.
32 Data inſtantia corruit argumentum.
33 Cęcus in teſtamento teſtis eſſe non poteſt.
34 Teſtis teſtatorem uidere debet.
35 Qui prohibetur eſſe teſtis in iudiciis, idem prohibetur in teſtamento.
36 Argumentum de iudiciis ad ultimas uoluntates ualet.
37 Si de quo magis uidetur ineſſe, & non ineſt, ergo nec de quo minus.
38 Maior falſitatis ſuſpitio eſt in teſtamentis, q̃ in iudiciis.
39 Omnis bona exceptio debet ſummi de corpore regulæ.
40 Fallit quando legum correctio reſultaret.
41 Fallit etiam ſi inconueniens reſurgeret.
42 Teſtamenti factio alia actiua, alia paſſiua eſt.
43 Qui habet teſtamenti factionem actiuam, habet & paſſiuam.
44 Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.
45 Lex generalis omnes caſus comprehendit, dato, ꝙ in uno ſit maior ratio, q̃ in alio.
46 Aedictum prætoris generaliter loquens, comprehendit etiam perſonas priuilegiatas.
47 Verba in potiori ſignificatu ſunt accipienda.
48 Firmius eſt ius, quod iure proprio competit, q̃ quod alieno.
49 Appellatione ſententiæ diffinitiua, & non interlocutoria intelligitur.
50 Appellatione iuriſdictionis in dubio uenit ordinaria, & non delegata iuriſdictio.
51 Verba, ſi poſſibile eſt, non ſunt impropriãda.
52 Propria ſignificatio uocabuli ſumitur ab etymologia.

53 Dictio etiam ſemper implicat caſum magis dubitabilem, & includit minus dubitabilem.
54 Teſtamenti factio actiua continet ſub ſe paſſiuam.
55 Vnum & idem uerbum relictum ad plura, diuerſos parit effectus.
56 Facilius quis priuatur teſtamenti factione actiua, q̃ paſſiua.
57 Mulier poteſt eſſe teſtis in iudiciis.
58 Hermaphroditus, ſi prævalet in ſexu maſculino, teſtis eſſe poterit in teſtamẽto, alias non.
59 Mulier poteſt eſſe teſtis in teſtamento militari, & paganico, condito tamen inter liberos, uel ad pias cauſas.
60 Mulier teſtis eſſe poteſt in codicillis, & in donatione cauſa mortis.
61 Teſtamentum ad pias cauſas non regulatur ſecundum leges, ſed ſecundum dicta ſanctorum patrum.
62 Defectus fœminarum ſuppletur ex habilitate maſculi conteſtis.
63 Laicus, licet arbiter in cauſa ſpirituali eſſe nõ poſſit, tamen clerico aſſociatus utiq; poterit.
64 Iudæus non poteſt poſſidere chriſtianum mancipium.
65 Poteſt tamen poſſidere agrum una cum ſeruis aſcriptitiis.
66 Mulier ob falſitatis timorem, & ſexus imbecillitatem non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.
67 Veteres ad ſolennia, nec mulierẽ, nec ſeruum, nec impuberẽ, nec peregrinum admittebãt.
68 In antiquis generibus teſtamentorum comitiæ bellum, & emancipationes interueniebãt.
69 Subſcribere teſtamenta eſt officium uirile.
70 In cauſa criminali mulier poteſt eſſe teſtis.
71 Quod lege non prohibetur ſtare non uetatur.
72 In criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores.
73 In teſtamento teſtes debent eſſe puberes tempore quo adhibentur.
74 In aliis caſibus habilitas teſtis inſpicitur tempore depoſitionis.
75 Intellectus ad. l. noctionem. §. inſtrumentorum. de uerbo. ſignifi.
76 Citius dolum capiunt, qui in urbe, q̃ qui ruri educantur.
77 Pueri, Romani, Longobardi, & Normani, citius calidiores euadunt.
78 Teſtamenta manu notarii confecta, ſiue in ſcriptis, ſiue nuncupatiua, ſi a principio teſtes idonei ſunt adhibiti, de ſe firma manent, licet poſtea minus idonei efficiantur, uel moriantur.
79 Tabellionis inſtrumentum de ſe ſatis abunde fidem facit.
80 Limitatio, & declaratio ad. l. notionem. §. inſtrumentorum. de uerb. ſignifi. & ad. l. ii. §. duę autem ſunt cauſæ. ff. de carbo. ædic.

Summarium. TESTES AVTEM. Quæ in hoc. §. tractantur ſcripto, & nuncupatiuo teſtamento cõmunia ſunt. Summatur ſecũdum meum intellectum, qui habent teſtamenti factionem illi poſſunt eſſe teſtes in teſtamento prę

Diuiſio. ter aliquos hic enumeratos. Diuiditur in duas partes, in prima ponit regulam, in ſecunda ponit exceptiones ad regulam, ſecunda ibi ſed neque.

Primũ not. 1 Noto primo ex hoc tex. † quòd qui poſſunt facere teſtamentum, uel ex eo capere, poſſunt eſſe teſtes in teſtamento præter exceptuatos hic. Et hoc ſummarium ſecundum meum intellectum, contrarium aliquod non patitur, propter exceptiones ibi, ſed neq; mulier. latius uidebimus in. i. glo. ubi ponam opi. glo. & ſuo fundamento meum intellectum comprobabo.

Secũdũ not. 2 Noto ſecundo, † quòd exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. l. quæſitum. §. denique. & ibi glo. ff. de fund. inſtru. §. pen. ſupra titu. proxi. l. nam quòd liqui de. §. fi. ff. de pe. lega. ita tamen, ut non ueniant ea, quæ ſub regula non comprehenduntur, & erit nota. intellectus ad iura prædicta. ita no. declarat Bar. in. l. generali. in. §. uxori. ff. de uſuf. leg. & Bal. in. l. ſi cũ.

in. §.

in.§.qui iniuriarum.in ulti.col.in.i.lectu.ff.ſiquis cautio.quę tamen propo
ſitio ita notabiliter limitata poſtea ampliatur,ut ipſa exceptio poſſit extē-
di ad caſum ſibi ſimilem,prout eſt ſing.doctrina glo.in.l.i.in glo.magna.C.
de condi.indebi.

3 No.tertio, † quòd mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.l.qui teſta-
mento.§.mulier.ff.eo.Ratio eſt ſecundum gl.d.l. qui teſtamento.§.mulier. Tertium not.
4 & per Porc.& Iaſ.hic, † propter ſexus fragilitatem,pro iſta ratione, ut hic
inquit Iaſ.facit.c.forus.§,teſtes.de uerb.ſigni.l.pen.C. de ſpon.tut.glo.l.ex
his.ff. de legi.

5 No.quarto, † quòd impubes non poteſt eſſe teſtis in teſtamento,& ratio
eſt ſecundum Porc.& alios hic,quia huius ætatis homines ſunt imbecilles, Quartū not.
6 † cum quicquid uident,ignorent.l.i.C.de fal.mo.in fi.Qua ratione attēta,
7 † nec alium contractum,uel actum,agere poterit.§.pupillus.infra de inut.
ſtip.Quę ratio,ut hic Tol.aiebat,cum etiam militet in minori.xxv.ann.pa
8 ri ratione deberent & ipſi prohiberi, niſi dicamus, † quòd pupillus de ſe
9 fragilis,ac imbecillis eſt.d.l.i. † Minor.xxv.ann.non de ſe,ſed, quia multo
rum inſidiis ſuppoſitus eſt.l.i.ff.de minor. Vnde non ita imbecillis ætatis
10 ſicut pupillus.arg.c.i.extra de ſumma trini.ubi dicitur, † quòd dæmones,
11 qui de per ſe ſunt effecti mali magis errarunt,quàm homo, † qui ſuggeſtiō
ne diaboli eſt effectus malus.

12 No.quinto, † quòd ſeruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.Ratio eſt,
13 † quia ſeruus non eſt capax eorum,quæ iuris ciuilis ſunt.l.quod attinet.ff. Quintū not.
de reg.iur.ſed teſtamentum eſt de iure ciuili.l.teſtamenti factio.ff.eod.ita
not.tradit tex.in.l.qui teſtamentó.§.ſeruus.ubi gl.ff.eo.Qua rōne attenta,
nec hæres inſtitui poſſet,& tamen poteſt.Ratio diuerſitatis ea eſt, quia of
ficium teſtandi eſt mere perſonale, quoniam teſtis debet ſolum deponere
de his quæ percipit ſenſu corporeo.l.hæredes palàm.in prin.ff.eod. Vnde
hoc uitium perſonale in ſeruo non purgatur interuentu domini.l.qui hære
di.ff.de condi.& demon.ſecus in inſtitutione hæredis, in qua incapacitas
ſerui hoc caſu ſuppletur ex capacitate domini.l.neque.C.de hæredib.in
ſti.l.ſi mihi & tibi.§.regula.de leg.i.Et ex hoc etiam ratio diuerſitatis col-
ligitur cur ſeruus poteſt hæres inſtitui,& ſtipulari,quamuis hæreditas,&
ſtipulatio ſit de iure ciuili.l.hæreditas.ff.de peti.hæredit.§. de conſtituta.
14 infra de actio. † Et eius defectus ſuppletur ex perſona domini.d.l.neque.
C.de hæredi.inſtit.Ratio diuerſitatis reditur hic à Porc.& clarius dicas,
15 ut hic per Tol.quia deponere teſtimonium eſt facti, † & in his quæ ſunt fa
16 cti fictio aliqua † non cadit.l.denique.ff.ex quib.cau.maio.nec poteſt fieri
ſupplementum per aliquā perſonam.d.l.qui hæredi.ff.de condi.& demon.
hæreditas uero eſt quid iuris.l.hæreditas.ff.de reg.iur. unde in ea ex per-
17 ſona domini poteſt ſuppleri defectus ſerui fictione iuris, † quia in his,quę
iuris ſunt poteſt fictio cadere.d.l.denique.tradit Barto.l.ſi is qui pro em-

ptore,col.xii.ff.de uſucap.

Sextum 18 Noto ſexto, † quòd furioſus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Et ratio
not. 19 eſt, † quia non eſt mentis compos.l.qui teſtamento.§.ſed neque furioſus.ff.
eo.§.item furioſi.infra quib.non eſt permiſ.facere teſt.quòd no.cũ ſua actio
ne procedet,ſi eo tempore adhibitus ſit teſtis, quo ſit in furore, cæterum ſi
eo tempore,quo intermiſſionem habet,adhibitus ſit, recte adhibetur.d.§.
ſed neq; furioſus. Nec hæc mea limitatio obſtabit, ſi diceret aliquis, quod
quantum ad furioſum Imperator ſit male loquutus,& in regula, & in fallen
tia.Quia ſecundum hanc meam limitationem uidetur inepte, exceptus
furioſus,cum poſſit facere teſtamẽtum,& in eo eſſe teſtis. Quoniam reſpon
deo, quòd id, quod dicitur in textu procedit in furioſo exiſtente in ſtatu
furoris,ſecus in furioſo,qui ſit in dilucido interuallo,nam tunc non dicitur
furioſus,& ſic in hoc caſu non loquitur tex.hic.In mentecapto autem,ideſt,
qui perpetua dementia laborat, omnimodo ſine aliqua diſtinctione hoc
20 not. cum ſua ratione procederet. † Nam furioſi differunt à mentecaptis,
quoniam furioſi habent dilucida interualla,mentecapti ſemper ſunt in de
mentia.§.furioſi quoque.ſupra de cura.

Septimũ not. 21 No.ſeptimo, † quòd mutus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Ratio,
22 † quia cum teſtis uiua uoce debeat deponere, ut iudex cognoſcere poſſit
qua trepidatione, quo colore, & uultu deponat.l.iij.ff.de teſtib.Et mutus
hoc facere non poſſit,ni mirum ſi repellitur à teſtimonio.

Octauũ not. 23 No.octauo, † quòd ſurdus non poteſt eſſe teſtis. Ratio,quia nomen hæ
redis audire debet.l.hæredes palàm.ff.eod.

Nonum 24 No.nono,† quòd cui bonis eſt interdictum, ut eſt prodigus,non poteſt eſ
not. 25 ſe teſtis.Ratio, † quia furioſo æquiperatur.§.item furioſi,& prodigi.ſupra
de cura.l.i.ff.de cura.fur.

Decimũ 26 No.decimo, † quòd quem leges iubent improbum, inteſtabilemq; eſſe,
not. 27 non poteſt eſſe teſtis.Ratio eſt, † quia abſurdum eſſet, quòd ille à legibus
admitteretur in teſtem, quem leges improbum facerent. Quod autem ſu
Limitatio ad.7. pra dictum fuit in.vii.& viii.no.ut,ſcilicet,mutus,& ſurdus non poſſint eſ
&.8.no. 28 ſe teſtes in teſtamento, hæc ego uera eſſe faterer dubio procul † ſi mutus,
aut ſurdus eſſet,qui teſtamentum facere non poſſet,quia nihil loqui, aut ni
29 hil audire poſſet,ſecus ſi tarde loqueretur,aut tarde audiret,† quoniã cum
poſſet tali caſu teſtamentũ facere.§.item mutus.infra quib. non eſt permiſ.
facere teſta.uidetur etiam,quòd magis in teſtes admitti poſſint. Item hac
eadem ratione forſam hoc idem no.limitari poſſet, non habere locum etiã
30 in caſu in quo mutus, & ſurdus omnino eſſet, † dũtamen ſciret ſcribere,
cum hoc caſu poſſet teſtamentum facere, uideretur,quòd etiam poſſet eſ
ſe teſtis,hoc uidetur ſenſiſſe glo.iii.q.ix.c.teſtes. & corroboratur quoniam
eo caſu,quo furioſus poteſt facere teſtamentum,eo etiam caſu poteſt alieno
teſtamento adhiberi teſtis.d.l.qui teſtamento.§.ſed neque furioſum. Quæ

ſecunda limitatio ſi certiorem rationem inſpicere uolimus nõ uidetur de
iure procedere, quoniam quamuis mutus & ſurdus omnino, qui ſciat ſcri-
bere poſſit facere teſtamentum, non propterea ſequitur, quòd in eo poſſit
31 eſſe teſtis, ut hic, quia ratio diuerſitatis reddi poteſt. † Nam facit teſta-
mentum, cum poſſit litteris teſtimonium mentis ſuæ facere. l. diſcretis. C.
qui teſta. facere poſ. & facit tex. ſupra eo. §. ſed cum paulatim. Quod in te-
ſte non ſufficit, ſed uiua uoce teſtimonium dicere debet, ut iudex cogno-
ſcat quo uultu & colore dicat. d. l. iii. Nec obſtat, quòd ſupra fuit dictum,
qui poteſt facere teſtamentum, poteſt etiam in eo eſſe teſtis, quoniam id ue
rum eſt in furioſo, ſecus in aliis. Nam mulier licet poſſit facere teſtamentũ,
32 non tamen poteſt eſſe teſtis in teſtamento, † & data inſtantia in contrari-
um, corruit argumẽtum. l. ſi creditori. de noui oper. nun. tex. ſingul. ad hoc
§. pauonum. ſupra de re. diui.
33 † His omnibus ultra tex. addas cœcum, ratio eſt, quia teſtis debet teſta- Vndeci-
34 torem uidere † . l. ſi non ſpeciali. & l. ſi unus. & ibi docto. C. eo. Item omnes mũ no.
35 illi, qui prohibẽtur ferre teſtimonium in iudiciis, idem etiam in teſtamen Vniuer-
to prohibentur. l. qui teſtamento. §. cum qui. ff. eo. & ibi glo. Ratio eſt, quo ſalis reg.
36 niam de iudiciis ad ultimas † uoluntates ualidum eſt argumentum. d. §.
37 cum qui. quod uerum intellige, ut in caſu noſtro negatiue. Et rõ eſt, † quia
ſi de quo magis uidetur ineſſe, & non ineſt, ergo de quo minus, ſecus affir-
matiue, ut qui poſſunt eſſe teſtes in iudicio, poſſunt etiam in teſtamẽto, nã
hoc caſu de iudiciis ad ultimas uoluntates argumentum non ualet, cum
38 maior ſit falſitatis ſuſpictio in teſtamẽto, q̃ in iudiciis. l. fi. C. de fideicom.
Expeditus de textualibus uenio ad glo. & capio primam glo. quam di-
uido in duas partes, prout in prima timore cuiuſdam contrarii exponit Glo. I.
tex. in teſtamenti factione paſſiua, in ſecunda parte dicit glo. alibi accipi
tur pro teſtamenti factione actiua, ſecunda eſt ibi, alias etiam. Redeo ad
primam partem pro cuius expeditione oppono contra tex. omnis bona ex
39 ceptio † debet ſumi de corpore regulæ, ut eſſet dicere omnis homo currit
excepto Petro. l. nam quòd liquide. §. fi. ff. de pen. leg. l. quæſitum. §. deniq.
ff. de fundo inſtru. Sed hic Imperator excepit ex regula aliquos caſus, qui
non ſunt ſub regula, ergo exceptio non bona, nã in tex. dicitur, quòd qui
habet teſtamenti factionem poteſt eſſe teſtis, excipitur furioſus, pupillus,
& ſeruus, qui non habẽt teſtamenti factionem, quoniam teſtamentum fa-
cere non poſſunt, & perinde eſſet, ac ſi dictum fuiſſet omnis homo currit
excepto Leone, quòd ſatis ineptum eſſe uidetur. Huius contrarii timore
gloſa hic exponit tex. dicens, teſtamenti factio paſſiue accipe, ut bona ſit
exceptio, ſed neque mulier. &c. Nam furioſus, pupillus, ſeruus, habent hãc
paſſiuam teſtamenti factionem, de qua in regula tex. & ſic exceptiones hic
poſitæ elicitæ ſunt de corpore regulę. Sequitur glo. in. ii. parte, alias acci-
pitur. Hæc teſtamenti factio etiam in actiua ſignificatione. infra de hæ-

red.qualit.& differ.§. teſtamenti autem.

Primũ no.glo. Prima limitatio. Secunda limita. Tertia limitatio.

No.primo ex hac glo.quòd omnis bona exceptio debet eſſe de corpore
40 regulæ,iuribus ſupra allega. † fallit quando legum correctio reſultaret.
41 † Item fallit quando reſultaret inconueniens. Cur.iuni.conſil.vii.col.iiii.
Nauic.ſyluæ nup.non eſt nubendum.Limitatur etiam tertio loco,ut ſuffi-
ciat,quòd ſit de regula non ſimpliciter,ſed ſecundum aliquid.ita no.limi-
tat Iaſ.in.l.numis.in.iii.col.in prin.ff.de in litem iur.Addo etiam ad præ-
dicta,non inconuenire quandoque,quod exceptio non ſit de terminis re-
gulæ,ut dicit glo.in.c.clementis.in uer.except.xvi.diſt.

Secũdũ no glo.

42 No.ſecundo, † quòd teſtamenti factio eſt duplex,ſcilicet,actiua, & paſſi
ua.d.§.teſtamẽti autem.Actiua eſt poſſe facere teſtamentum,paſſiua eſt ex
43 eo poſſe capere, † & qui actiuam habet,habet etiam paſſiuam,ſed nõ econ
tra,quoniam ſeruus,impubes,mutus,& ſurdus, habent hanc paſſiuam, ta-
men actiuam non habent, cum teſtamentum facere non poſſint.d.§.teſta-
menti autem factionem.

Intellectus glo. ad tex.

Intellectus Tol. ad text. approbatur cõtra opi.cõẽ glo.

No.tertio intellectum ſecundum hanc glo.ad tex.quòd omnes, qui ha-
bent teſtamenti factionem paſſiuam,hoc eſt, qui poſſunt hæredes inſtitui,
poſſunt eſſe teſtes in teſtamẽto,exceptis enumeratis hic in tex.ibi,ſed neq;
mulier.'Qui intellectus glo. communiter hic à doct.approbatur,excepto
Tol.cuius Tol.opi.ego amplector,& nouis fundamẽtis confirmare cona-
bor.Tenet igitur hic Tol.quòd reg.tex.hic ſit generalis,ut,ſcilicet,qui ha
bent teſtamẽti factionem actiuam,uel paſſiuam poſſint eſſe teſtes, exceptis
44 hic in tex.enumeratis,& uerus uidetur eſſe intellectus, † quoniam lex ge-
neraliter,& ſimpliciter loquens,generaliter,& ſimpliciter debet intelligi.
l.i.§.generaliter.ff.de leg.præſt.l.de pretio.ff.de publ. in rem actio. Vnde
cum hic lex loquatur generaliter,& ſine diſtinctione de teſtamenti factio
ne,generaliter & indiſtincte, de utraq; teſtamenti factione debet intelli-
45 gi, nec reſtringi ad paſſiuam tantum, ſed omnes caſus comprendere ,† da-
to,quòd uno caſu maior ratio militaret, quàm in alio.l.i.§.quòd autem.ff.
de alcat.uſque adeo, quòd etiam priuilegiatas perſonas includit, ut eſt
46 tex.ſing.in.l.in fraudem.in.§.fi.& ibi Bal.ff.de milit.teſt. † ubi ædictũ præ
toris loquens per uerba generalia comprehendit etiam perſonas priuile-
giatas,& hæc erit not.ampliatio ad iura prædicta. Facit etiam quoniam
47 † uerba in potentiori ſignificatu ſunt accipienda.l.i.§.is qui in perpetuũ.
ff.ſi ager uectig. emphyt.peta. Sed teſtamenti factio capitur in potentio
ri ſignificatu,ſi actiue capiatur,quàm ſi paſſiue, quoniam qui habent acti-
uam omnimodo habẽt & paſſiuam, ſed non econtra, cum ſeruus, qui de ſe
nec facere teſtamentum,nec capere ex alieno teſtamento poteſt, ſed ex do-
mini ſui perſona dicitur habere paſſiuam teſtamenti factionem, & tamen
actiuam non habet,& plures alii ſunt,qui actiuam non habent,tamen paſ-
ſiuam habent.d.§.teſtamenti autem factionem. Quòd magis potens ſit

actiua,

actiua, quàm paſſiua, ex hoc etiam apparet quoniam qui habet actiuam ta lis ſemper habet eam proprio iure.l.illa inſtitutio.ff.de hæredi.inſti. infra quib.non eſt permiſ.facere teſta.poſt prin. Qui habet paſſiuam poteſt eam habere uel de per ſe, uel propter alium, ut pupillus, & ſeruus, qui quamuis non poſſint facere teſtamentum, tamen ex alieno teſtamēto capiunt, uel per ſe ut pupillus, uel propter alium, ut ſeruus, qui propter perſonam domini
48 ſui capit, † & firmius ius eſt, quod iure proprio competit, quàm quod alie-
49 no. Et hoc poteſt comprobari quoniam † appellatione ſententiæ ſimplici- ter de diffinitiua intelligitur, non autē de interlocutoria, ut ſupra tex.in.l. i.in.§.biduum, ubi glo.ff.quando appel.ſit.& in ſimili etiam arguit Iaſ.in
50 rub.ff.de iuriſdi.om.iud.ubi inquit, † quod appellatione iuriſditionis in dubio intelligitur de ordinaria iuriſditione, non autem de delegata. Item
51 uerba † proprie ſunt intelligenda, nec aliter impropriãda ſi poſſibile eſt. l.non aliter.de lega.i. Sed teſtamenti factio tunc proprie eſt ſi in actiua ſi-
52 gnificatione capiatur, † quoniam propria ſignificatio uocabuli ſumitur ab etymologia, ut ſupra in.ii.artic.i.glo.diximus, ſed teſtamenti factio pro- prie dicitur illa, quæ in conficiendo teſtamento conſiſtit, non quæ in capi- endo ex alieno teſtamento manet, cum tunc non dicitur facere teſtamen- tum, ſed capere ex teſtamento, ſic proprie non eſt teſtamenti factio, ſed te- ſtamenti capio. Et quòd improprie ſit teſtamenti factio in paſſiua ſignifi- catione facit tex.in.d.§.teſtamenti autem. ponderando dictionem etiam,
53 † quæ eſt dictio quæ ſemper implicat caſum magis dubitabilem, & inclu- dit minus dubitabilem.tex.eſt not.in.l.etiam.ff.de fun.dot.ubi inquit Iu- reconſul.etiam ſoluto matrimonio prædium dotale eſſe intelligitur.

Nec huic intellectui obſtat, quòd gl.dicebat pro ſuo fundamento, quòd ſi regulam intelligimus in actiua uanũ eſſet poſtea excipere ſeruum & im- puberem, ſicut qui omnes libros legat uane excipit domum. Quoniam hoc eodem fundamento ego hic contrarium ſentio, & dico, quòd cum bo- na exceptio debeat ſumi de corpore regulæ, & exceptiones ſint, non tantũ de habentibus paſſiuam teſtamenti factionem, quàm de habentibus acti- uam, & paſſiuam, ut mulier.infra de exhæred.lib.§.fi.& mutus, & ſurdus ſe- cundum tamen.l.diſcretis.C.qui teſta.facere poſ. pariter regulam genera- liter debemus intelligere in omni teſtamenti factione, ut perſonæ hic exe- ceptuatæ ſint ex corpore regulæ. Nam ſi regula eſſet in paſſiua tñ, teſta- menti factione, & exceptiones ſint in muliere, & aliis habentibus utranq; utique exceptiones non eſſent de corpore regulæ. Igitur dicendum, quòd cum exceptiones ſint de habentibus utranque teſtamenti factionem pari modo regula ſit intelligenda in utraque teſtamenti factione actiua & paſ-
54 ſiua, † quoniam teſtamenti factio actiua continet ſub ſe paſſiuam, cum qui actiuam habet, ſequitur q; etiam proprio iure habeat & paſſiuam. Et per hoc tollitur id, quod forſam contra hunc meum intellectum poſſet dici,

Tollitur tacitum cõtrariũ.

Quod ſi intelligimus regulam generaliter de teſtamenti factione actiua
exceptiones non erunt bonę.Q̃m reſpon.quod id eſſet uerum ſi ego intelli
gerem tex.in teſtamenti factione actiua tantum,ut hic econtra uoluit glo.
intelligere tex.in paſſiua tantum.Nam qua ratione ego impugno intelle-
ctum glo.quæ facit regulam particularem in paſſiua tãtum, cum exceptio
nes ſint generales de habentibus utranque eadem ratione, hic meus in-
tellectus eſſet reprobandus,cum particularẽ regulam ego facerem in acti
ua tantum,& fallentiæ eſſent de habentibus utranque. Sed ego uolo intel
ligere tex.ut ſupra etiam dixi generaliter in utraque teſtamenti factione,
cum appellatione teſtamenti factiones utraque contineatur, actiua, &
paſſiua tantum.d.§. teſtamenti autem.& Theoph.etiam hic in ſuis inſtit.
expreſſe tradit. Et actiue & paſſiue ſimul intelligitur regula habita ratio
ne ad perſonas exceptuatas,quæ habent utranque,ut mulier,mutus,& ſur
dus.Paſſiue tãtum intelligi debet regula habita ratione ad ſeruum,impu
55 berem,& furioſum,qui tantum paſſiuam teſtamenti factionem habent. Et
comprobatur hoc quoniam † unum & idem uerbum poteſt referri ad plu
ra diuerſa, & diuerſos etiam parit effectus.l.ii.ff.de offi.procon.& leg.l.cer
ti conditio.poſt prin.uerbo non potero agere.ff.ſi cer.pet.§.fi.infra de obli
ga.Et cum iſto not. ſic bene diſcuſſo ſit expedita.i.glo.

Vig opi.

Vel ut Vigli.hic inquit,qui tamen Accur. opi. approbat, dicendum eſt
magis Imperatorem de prædicta regula nolle excipere, q̃m improbus, &
inteſtabilis, de quibus ẽt hic poſtremo loco mentio habetur, nec teſtamen
tum facere, nec hæres inſtitui poteſt, cum illi teſtimonium dici non poſ-
ſit.l.cum lege.ff.eod. cuius teſtimonii effectu hæreditatem conſequitur.ut

Hic non excipitur

Alcia.l.inteſtatus.ff.de uerb.ſigni.ſenſit & Theoph. eleganter hic tradit,
unde dicendum,quòd copula,quæ in negatione continetur,exceptiue di-
ctioni ſubiecta uim ipſius immutauit, cum talis improbus, & inteſtabilis
ullo modo de corpore regulæ non ſit. Vnde cõmunis opin.Accur.& etiam
alia Tol.opi.quam ego ſupra tenui, deſtruuntur, niſi negetur, quòd Theo.
hic tradit,ſcilicet,quòd tales,quos leges improbos,inteſtabilesq; facit, nõ
poſſit hæres inſtitui, quoniam ſi hoc uerum eſſet, utique à legibus fuiſſet
hoc expreſſum,ſicut fuit expreſſum,quòd teſtamentum facere non poſſit.d.
l.cum lege.&.l.is cui.§.fi.ff.eo.maxime cum maior dubitatio ſit, quòd talis
non poſſit hæres inſtitui,quàm quòd non poſſet teſtamentum facere,& pro
pterea tanquam de re magis dubia expreſſiſſet,

Nec obſt.d.iura.l.ſi is.§.fina.&.l.cum lege,quia, ut dixi, non negatur eum
56 poſſe hæredem inſtitui, & facilius † quis priuatur à factione teſtamenti
actiua,quàm à paſſiua.d.§.teſtamenti autem. Et hoc etiam ratione proba-
tur,quia cum quis priuatur actiua ipſi ſoli præiudicatur, & fauetur hære-
dibus ab inteſtato, quibus à .l.xii.tab.eſt ius quæſitum, cum uero priuatur
paſſiua præiudicatur non ſolum ſibi,ſed etiam liberæ uoluntati teſtatoris,

& quod à Vigl.dicitur, procedet in improbo, inteſtabiliq́; ut hæreticus,
& apoſtata.gl.§.legari.infra de lega.& Azo ſenſit,glo.d.l.ſi is cui.§.fi. Nec
ut Theoph.exemplificat,credendum eſt,quòd inteſtabilis,eo quia nõ uult
recognoſcere ſigilla ab eo in teſtamẽto appoſita non poſſit hæres inſtitui.
Vnde circa hoc relinquo uos cogitantes.

Glo.in uerbo ſed neque mulier,diuiditur in duas partes.In prima timo- Glo.uer.
re cuiuſdam contrarii exponit tex.In ſecunda quærit,& reſpondit. Secun ſed neq;
da ibi,quid de hermaphrodito. Redeo ad primam partem, & oppono, q; mulier.
imo mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento,nam de iudicio ad teſtamentum
57 bonum eſt argumentum.l.qui teſtamento.§.eum qui.ff.eo. † Sed mulier po
teſt eſſe teſtis in iudicio.l.ex eo.ff.de teſti.ergo & in teſtamento. Ideo glo.
reſpondet fauendo contrarium,ſcilicet, quòd uerum eſt, quòd in omnibus
aliis caſibus mulier poteſt eſſe teſtis, præterquàm in teſtamento. Et ratio
reditur hic à gl.ob falſitatis timorem. Non ob. argumentum, quoniam id
procedit negatiue non affirmatiue,ut.d.l.qui teſtamento.§.eum qui.Expe
ditus de prima parte capio ſecũdam,pro cuius expeditione reuoco in du-
58 bium,& quæro,dicitur hic,quòd mulier non poteſt eſſe teſtis, † an herma-
phroditus poſſit eſſe teſtis in teſtamento, & reſpon.glo. conditionaliter, ſi
in maſculino ſexu præualet, recipitur,aliàs non, iuribus hic per glo.

No.ex hac glo.duo. Primum,quòd mulier non poteſt eſſe teſtis in teſta- Cócl.gl.
mento.Secundum,quòd in aliis autem cauſis poteſt . Quo ad primum or-
dinatur procedere in teſtamento paganico iure communi confecto, ſecus Limit.
59 in teſtamento † militari,uel in paganico condito inter liberos,uel ad pias
60 cauſas.c.cum eſſes.c.cum relatum.extra eo. † Item in codicillis,& donatio
ne cauſa mortis.l.fi.C.de codicil.ubi glo.uerbo quinque.Quod autem di-
ctum eſt in teſtamento ad pias cauſas,id uerum eſt ſecundum communem
doct.opi.in.l.i.C.de ſac.ſan.eccl.quem articulum optime hic ad partes di
ſputat Bauar.poſt nu.11. ad cuius dicta me remitto.Sed retenta communi
pro uera,quòd mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamẽto ad pias cauſas.d.c.cum
61 eſſes.&.d.c.relatum.eſt uerum, † ubi teſtamentum ad pias cauſas non re-
gulatur ſecundum leges,ſed ſecundum dicta Sanctorum patrum. Tamen
ego horum ſententiam non amplecterer ſi omnes teſtes eſſent fœminæ, &
maſculus teſtis non interueniret,ut hic ſentit etiam Baua. Sed ſi maſculus
62 etiam adeſſet,tunc ueram eſſe communem ſententiam arbitrarer.† Ratio
eſſe poteſt quoniam hoc caſu defectus fœminarum ſupplebitur,ex habilita Reprehẽ
te cõteſtis maſculi.facit pro iſta ratione tex.no.in.c.per tuas.de arbi.& ibi ditur ra-
63 Abb.ubi licet laicus † non poſſit,nec etiam uti arbiter iudicare in cauſa ſpi tio glo.
rituali,tamen aſſociatus clerico eſt habilis ad arbitrandum. facit pulcher
64 tex.& ſingularis in.c.multorum.de iudæ.ubi licet † iudæus non poſſit poſ-
ſidere chriſtianum mancipium,toto tit.C.ne iudæ.chriſt.manci.tamẽ hoc
65 poteſt cum adiuncto,qm̃ agrum † cum aſcriptitiis poterit poſſidere,

66 Circa rationem hic ab Aceur. relatam, † cur mulier in teſtamento nō poſ
ſit eſſe teſtis ob falſitatis timorem nimium, generalis eſt, cum ob falſitatis ti
morem, ac ſexus imbecillitatē etiam in contractibus non poſſet eſſe teſtis.
Alia ratio Vigl. 67 Vnde hic Vigli. aliā attulit rationem, quoniam † ueteres ad ſolēnia, nec
mulierem, nec ſeruum, nec impuberem, nec peregrinum admittebant. Et
68 teſtium qualitas ex antiquis generibus teſtamētorum deſcendit, † in qui-
bus comitiæ bellum, & emancipationes interueniebant, in quibus fœ-
Fabri rō impu. mine non aderant. Tamen non improbat Fabri rationem, quoniam uete-
res crebrius in ſcriptis teſtamenta facerent, ubi ſubſcriptiones, & ſigna fi-
69 unt, quæ proprie tamen in maſculo, & non in fœmina cadunt, † cum tale of
ficium ciuile, uirileq; ſit, unde ob iſtud uolebat alibi iure expreſſum eſſe, q
mulier in his teſtamentis, quæ ſine ſolēnitate fierent, poſſit eſſe teſtis, ut mi
litare, inter liberos, ad pias cauſas, pontificium, uel municipale, id eſt, cum
aliqua lege iuris communis ſolennia abrogantur, ut in pontificali dictio-
ne. d. c. cum eſſēs. & c. relatum. extra eod. Et in multis aliis municipiis, que
in hoc abrogarunt iura communia. Sed nec hæc Fab. ratio multum mihi
placet, cum ea attenta mulier poſſet eſſe teſtis in nuncupatiuo teſtamento,
& tamen generaliter mulieres à teſtamentario teſtimonio arcetur.

Circa ſecundum dictum, quòd in omnibus aliis cauſis mulier poſſit eſſe
70 teſtis, quid dicēdum in cauſa criminali, & breuiter iuris eſſe arbitror † mu
lierem in cauſa criminali teſtimonium poſſe facere. l. ii. ff. de accuſ. Quoniā
71 nec † lege aliqua prohibetur ferre teſtimonium in cauſa criminali, ergo ad
mitti poteſt. Nec ob. quòd in teſtamēto mulier non poteſt eſſe teſtis, ergo
72 minus † in cauſa criminali, in qua probationes debent eſſe luce meridia-
na clariores. l. fi. & ibi doct. C. de proba. quoniam in teſtamento non ob id,
quia clariſſimæ debent eſſe probationes, ut in cauſa criminali, ſed ob ſolen
nia, ut ſupra dixi ex mente Vig. Nec obſtant arg. quæ hic à Por. nu. 7. ad-
ducuntur, quoniam ea arg. prius hic à Fab. alata, diſſolutaq; fuerunt.

Glo. in uerbo ſed neque impubes, diuiditur in duas partes, in prima quę
Gl. i uer. ſed neq; ipubes. rit, in ſecunda reſpondit, ſecunda ibi, reſpōde. Noto primo ex hac gl. quòd
puberes poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, ſi tamen tempore quo in teſtes à
73 teſtatore rogantur, ſunt puberes, † quòd in teſtamento uidetur eſſe ſpecia
le. glo. l. ad teſtium. ff. eo. cum in cæteris caſibus illud tantum tempus inſpi
ciatur, quo teſtificatur, † quoniā, etſi ante teſtimonium dicere non potuit,
74 quia impubes, ſi tamen in præſentia poteſt, ſufficiet. Nam, ut dixi in aliis
caſibur, præterquam in teſtamento, tantum tempus præſens inſpicitur, ita
ut etſi de præſenti non ſit idoneus, quia impubes, non tamen dilatio dan-
da eſt in tempus, quo pubes ſit, † ut dicit Iuriſcōſul. in. l. notionem. §. inſtru
75 mentorum. de uerb. ſigni. ubi inſtrumētorum appellatione teſtes continen
Intel. ad l. notionem. §. in ſtrumēt. tur, eorumq; nomine dilationem recte peti poſſe ſi in præſentia inſtruere
poſſunt, etiam ſiquis actum in ſeruitute geſſit, cum nūc tamē liber ſit, recte

atteſtatur,

atteſtatur,& ita uerbum in præſentia,in.d.§.appoſitum, intelligit hic Vi glia.licet cōtra Accur.& Alcia. ſententiam ibi, qui in præſentiam, legit, Si in eo,quod dictum fuit,uidelicet, puberem poſſe de eo teſtari, quod uidit dum erat impubes.Deci.l.ii.§.fi.ff.de reg.iur.& Specu.& Io.an.in titu.de teſti.§.i.ualde dubitant,quoniam.d.l. notionem loquitur in ſeruo poſtea libero effecto,qui omni tempore,quod agebatur intellexit,ſecus in impubere effecto maiore cuius teſtimonium ad pueritiæ tempus refertur, quo iudicio caruit.Quæ tamen doct.dubitatio hic à Fab.optime tollitur,cum prædicta concluſio procedat quando erat talis impubes,qui ea,quæ agebantur,intelligebat,ut pubertati proximus,qui pubertati proximus non intelligitur,ut Accur.infra de inut.ſtip.§.pupillus.uoluit,qui decimū annum cum dimidio cōpleuerit,ſed ex iudicis arbitrio. In pueris enim unus

Dubitatio Dec. & aliorū

Dec. dubitatio tollitur.

76 alio eſt præcotiore intellectus,citiusq; dolum capiūt, † qui in urbe, quàm qui ruri educantur,& una gens alia calidiores habet pueros,ut Accur.in

77 quit in.l.ſequitur.ff.de uſucap.† de Normanis,Romanis,& Longobardis proximus pubertati aliquando uocatur,qui parum abeſt a pubertate.l.excipiunt.ff.ad ſille.quæ eſt propria interpretatio,& ita Deci.in.l.pupillum. ff.de reg.iur.ſentire uidetur. Quod autem paulo ante dictum fuit in teſtamento utroque tempore teſtem eſſe idoneum,ſcilicet, tempore quo rogatur teſtis, & tempore aperturæ tabularum, ſeu examinationis, hoc uerum eſt in teſtamento ſolenne in ſcriptis,uel nuncupatiuo,manu ipſius teſtatoris ſcriptis,atque confectis,quæ publica authoritate ſunt roborāda, ut dixi ſupra in rub.pag.4.nu.49. Secus ſi eſſent in ſcriptis, uel nūcupatiua, manu tabellionis ad publicum inſtrumentum redacta, Tunc enim ſufficeceret idoneos teſtes adhibitos tempore confecti teſtamenti. Quoniā cum teſtamento facto rogatur tabellio inſtrumentum de eo actu conficere,etiā ſi deinde uel moriantur teſtes, uel fidem amittant, nihil nocebit, cum iterum

Limitatio.

78 rum examinari teſtes non ſit neceſſe,nec debent ſigna recognoſcere, † quoniam publicum inſtrumētum tabellionis fidem abunde de eo facit.l.in donationibus.C.de donati.cum aliis ibi in glo.allegat. Hinc moribus inductum eſt,ut qui teſtamenta hodie faciunt,ſiue nuncupatiua,ſiue in ſcriptis, ne ob teſtium mortem, uel ob mutatam eorum conditionem corruant, ſemper

79 per notarium adhibent, † qui publicum documētum de eo conficiat,Bar. l.ii.ff.quemad.teſta.aper.l.demq; dicendum in cæteris aliis actibus de quibus publicum inſtrumētum eſſet confectum. Quoniam ſi teſtes moriantur uel fides eorum mutetur, ita quod de præſenti inſtruere non poſſunt, actus tamen ualebit ratione,& lege iamiam præalleg. Quod ueniet ad limitationem illius,quod ſupra ego dixi,quòd in aliis caſibus, præterquam in teſtamento,ſufficiet,quòd teſtes de præſenti ſint habiles ad teſtificandū. Et ad limitationem.d.l.notionem.§.inſtrumentorum.&.l.ii.§.duæ autem. ff.de carbo.ædic.Q.m illa iura procedunt quādo de actu illo de quo quæ

Limit.l. notionē. § inſtru.& l.ii.§.due autē. de car.edic.

ſtio uertitur non adeſt publica ſcriptura, ſed omnis probatio illius actus in examinatione teſtium conſiſtit. Cæteras gloſſ. omitto, tum quia parum, aut nihil habent, tum etiam, quia eorum materiam in tex. enarrauimus.

SVMMARIA. §. SED CVM ALIQVIS EX TESTIBVS.

1 Si teſtis, qui communi opinione probus, teſtabilis, ciuis, ac pubes exiſtimetur, adhibeatur, ſi poſtea contrarium appareat, adhuc teſtamentum conſiſtit.
2 Vbi eadem eſt ratio, ibi idem ius debet ſtatui.
3 Quando ex principis liberalitate contra ius ciuile aliquid conceditur, id non extenditur ad alium caſum.
4 Serui a liberis difficillime dignoſcuntur.
5 In exorbitantibus non fit extenſio de caſu expreſſo ad non expreſſum, niſi publicus fauor hoc ſuadeat.
6 In exorbitantibus non fit extenſio, niſi ratio eſſet expreſſa in caſu exorbitanti, quoniã tunc extendimus caſum exorbitantem ad limites rationis expreſſe.
7 Quando ratio eſt generalior dicto, dictum extenditur ad limites rationis.
8 Eadem difficultate cognoſcimus probum, & teſtabilem ab improbo, ac inteſtabile, qua cognoſcimus ſeruum a libero.
9 Non ſufficit probare teſtamentum non ualere, quia unus ex teſtibus adhibitis erat ſeruus, niſi probetur, & ita etiam eo tempore quo fuit adhibitus. exiſtimabatur.
10 Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit ab eſſe.
11 Plus ualet quod eſt in opinione, q̃ quod eſt in ueritate.
12 Opinio particularis contraria ueritati non præualet ueritati.
13 Opinio communis contraria ueritati præualet ueritati.
14 Quando particularis opinio fauetur a iure publico præualet ueritati.
15 Teſtamento in ſcriptis confecto manu publici tabellionis creditur etiam ſine teſtibus.
16 Teſtamento in ſcriptis non confecto manu publici tabellionis ei nõ creditur ſine teſtibus.
17 Teſtamento nuncupatiuo manu priuata confecto non creditur ei ſine teſtibus, nec de conſuetudine, nec de iure.
18 Teſtamento nuncupatiuo manu publici tabellionis confecto ſine teſtibus credimus de iure, & etiam de conſuetudine.
19 Cum teſtes in teſtamento adhibentur eorum conditio inſpicitur tantum tempore, quo adhibentur, non alio tempore poſtea.
20 Iniquum uidetur, q̇ unius teſtis facto teſtamentum depereat.
21 Teſtes in contractibus adhibentur ad probationem, in teſtamento uero ad ſolennitatem;
22 Argumentum a ſenſu contrario in iure eſt ualidum.

SED CVM ALIQVIS EX TESTIBVS. Iſte. §. diuiditur in duas partes, in prima ponit caſus deciſionem, in ſecunda rationem deciſionis aſſignat, ſecunda ibi, cum eo tempore, ſummatur ut hic per Are. & alios docto.

Primũ no. cum ampliatione.

No. primo notabilem caſum huius tex. quem ampliabis etiã ad alios caſus ſibi ſimiles, uidelicet, ut ſi teſtis † communi opinione probus, teſtabilis, ciuis, ac pubes ſit adhibitus, poſteaq̧ appareat eum tempore ſignati teſtamenti fuiſſe improbum, inteſtabilem, impuberem, deportatum, adhuc teſtamentum conſiſtat. Doct. Iac. de raue. Cyn. Bart. & communiter cæteri. l. i. C. eo. glo. l. cum lege. ff. eo. in fi. † Nam iſtis quoque caſibus eadem militat ratio tex. noſtri, idq̧ ſuadetur eodem fauore teſtamenti ſuſtinendi. l. a ti

tio.ff.de uerb.oblig.l.iii.circa medium.ff.de iniu.rup.teſta.Facit in propo ſito noſtro tex.in.l.pen.§.fi.ff.de iur.& fac.igno.ubi licet in epiſtola munici pum mentio ſit,idem tamen debet obſeruari in qualibet alia perſona. Con trarium tamen alii tenuere Ang.& Fulg.d.l.i.C.eo.& mouentur ea potiſſi ma ratione,quia diuus Seuerus,& Anto. in hoc caſu per ſuum reſcriptum ſubuenerunt teſtamēto ex ſua liberalitate,ut hic in tex.dicitur,qui de neceſ ſitate ita intelligi debere infra demonſtrabo.Si ſua liberalitate, ex hoc ap
3 paret † teſtamentum eſſe nullum iure ciuili inſpecto,ideo iſte caſus nō de bet extendi extra caſum in eo comprehenſum.l.quod uero.l.ius ſingulare. ff.de legi. Item quia non uidetur eſſe tanta ratio in aliis inhabilibus ſicut
4 in ſeruis, † qui difficilime à liberis dignoſcuntur.l.quia difficile.ff.de con trahen.emp.Non tamen à communi eſt recedendum.

Ad primum reſpon.ut per Alex.d.l.i.uidelicet,quod uerum eſt, quod in exorbitantibus non eſt facienda extenſio ad alios caſus non expreſſos,† niſi eſſemus in fauorabilibus,ut quia ſubeſt fauor publicæ utilitatis, uel alia fa uorabilis cauſa.Ita Bar.l.ſi conſtante.in.ix.q.prin.i.partis.ff.ſol.mat.& per idem Bar.poſt glo.in.l.ii.§.exercitum.ff.de infa.ut eſt in caſu iſto quoniam ratio deciſionis fuit ob fauorem publicæ utilitatis, hoc eſt, gratia conſer uandi teſtamentum, quod ad publicam utilitatem pertinet.l.uel negare. ff.quemad.teſta.aper.l.gallus.§.quid ſi is.de lib.& poſthu.ubi etiam glo.& Bart.ergo poterit extendi extra proprium caſum nedum in teſte inhabili ratione ſeruitutis,ſed cuiuſcunque alterius inhabilitatis,cum ſemper ſub ſit eadem ratio publicæ utilitatis. Defenditur ampliatio tex.

6 Vel ſecundo reſpon.quod eſt uerum, † quod in exorbitantibus non de bet fieri extenſio,fallit tamen,niſi ratio eſſet expreſſa in exorbitanti,ut hic in tex.quoniam tunc poſſimus extendere caſum exorbitātem ad limites ra
7 tionis expreſſe. † Et quando ratio eſt generalior dicto dictum extenditur ad limites rationis.l.pater filium.§.fundi.de leg.iii.l.cum pater.§.dulciſſi mis.de leg.ii.glo.ex.l.i.de electio.Ratio quare ita in tex.ſit deciſum,fuit ob communem errorem,& fauore teſtamenti conſeruandi, quæ ratio militat etiam in aliis caſibus quando alius inhabilis fuit adhibitus communi opi. reputatus habilis,ergo iſte tex.loquens in teſte inhabili reſpectu ſeruitu tis extendi debet ad limites rationis ſuæ etiam ad alium quouis alio mo
8 do inhabilem.Quantum ad ſecundum negatur, † quoniam etiam ita diffi cile cognoſcimus probabilem teſtabilemq; ab improbo, & ab inteſtabili, ſicut ſeruum à libero.

9 Noto.ii.q. non ſufficit † hæredibus uenientibus ab inteſtato probare te ſtamētum non ualere,quia unus ex teſtibus in eo adhibitus erat ſeruus, uel infamis,niſi etiam probent,quod eo tempore quo adhibitus fuit ſic habe batur,& exiſtimabatur.Ita Bar.l.ad teſtium.§.conditionem.ff.eo.l.i.C.eo. Secūdū no.
10 per illum text.qui eſt ſimilis huic. † Et eſt ratio, quia non probat hoc eſſe,

quod ab hoc contingit abeſſe.l.neque natales.C.de probat.

No.iii.ibi liberalitate,q. dicitur tale teſtamētum non ualuit, ſed ex libe-
Tertium not. ralitate dictorũ Imper.Seueri,& Anto.cõualidatur,reprobato intellectu
glo.libertate,quod ex eo etiam apparet, dum in tex.dicitur, reſcripſerunt
ſe ex ſua liberalitate teſtamento ſubuenire,ex quo uerbo,ſua, clare colligi-
mus uerbum ſubſequens,legendum eſſe liberalitate,non libertate,cum te-
ſtis adhibiti nulla fuit libertas.

Glo.i. Expeditus de tex.deuenio ad glo. quarum prima eſt in uerbo libertate,
quæ deberet eſſe,ut hic inquit Tol.nu.8.ſuper uerbo liber.& ex ea no. iun-
Glo.con. 11 cto tex. † quòd plus ualet,quod eſt in opinione,quàm quod eſt in ueritate.
Ita.l.iiii.in prin.de leg.i.&.§.quòd ſiquis.eiuſdem legis,qui potius probat
contrarium,ut infra in argu.demonſtrabo.

Contra iſtam regulam arguit Accurſi.d.§.ſiquis rem ſuam. infra de lega.
Oppo. ubi ſiquis ſuam rem credens alienam legauit,ualet legatum,attenta ueritа-
te,& reiecta opi.rei alienæ in qua erat error, qui poterat uitiare legatum.
§.non ſolum.uerſic.quod autem diximus.infra de lega.glo.non ſoluit.Item
facit cõtra tex.per glo.alleg.pro alia parte in.d.§.quòd ſiquis.ubi ſi uult le-
gare ueſtem,& ſcribat lego ſuppellectilem, credens ſub nomine ſuppelle-
ctilis ueſtem contineri,legatum non ualet,attenta ueritate,& reiecta opi-
nione teſtantis.Item contra quod imo ueritas inſpiciatur.§.non ſolũ.uerſi.
quod autem diximus.infra de lega. ubi ſi lego rem alienam credens meam
non ualet legatum.

12 Circa iſtam regulam brocardicam Por.pro ſol.ſeu concordia dicit,† aut
Sol.Por. error, ſeu opinio eſt particularis, & eſt contraria ueritati, & tunc ueritas
præualet opinioni,quod ſuadetur, quia non ex ſingulari opinione, ſed ex
cõmuni uſu nomina ſunt intelligēda.l.labeo.ff.de ſup.leg.cir.med. Et iſto
caſu procedat tex.in.d.§.ſiquis rē ſuam.ita tex.in.d.§.nõ ſolum.uerſi.quod
autem diximus.& etiam tex.l.ſi is qui per errorem.ff.de iuriſd.omni.iudi.
13 † Aut error,ſeu opinio eſt cõmunis,& eſt contraria ueritati.Et hoc caſu at-
tenditur magis opinio,quàm ueritas,ita hic tex.noſter procedat.&.l.bar-
barius.ff.de offi.præto.&.l.i.C.eo.

Etſi contra primum caput huius ſolutionis opponatur,ſi uerum eſt,ut ſu-
Opp.cõtra .i. caput ſol. pra fuit dictum,quòd ueritas præualet opinioni particularis hominis,cur
ſi teſtator opinatur quòd fundus Sempronianus appelletur Cornelianus,
& ſcribat lego fundum Cornelianum ualet legatum attenta hac particula-
ſolu. ri opinione teſtatoris,& non ueritate ipſa.d.l.iii.in prin.de leg.i.Reſpon.
Limit .i. caput ſolu. quod id ea ratione effectum eſt,quia illa opinio particularis,& ſingularis,
quæ eſt contra ueritatem,fauetur à iure publico quoniam attendēdo eam
uoluntas defuncti conſeruatur,& rei publicæ intereſt,ut defunctorum uo-
14 luntates effectum habeant.l.uel negare.ff.quemad.teſta.aper. Vnde limi-
tatur primum caput.d.ſol. † quod particularis opinio non præualet ueri-

tati,

tati,limitatur niſi per eam ius publicum conſeruetur.

